

Iesu, & ad inicem collatis, quibus se proprijs appellabant nominibus, dum alter ex legē do-
minicā passionem, alter ex prophetis illam exponeret: Ad illam igitur gloriam quisquis de-
naturus sit, sciat se per merita huius beatissime passionis dñi gratia & bonis operibꝫ tandem
peruenire. Nec quisquam sibi blandiatur sola posse fide saluari, & illa sanguinis Christi me-
ritum ad se adducere, & beatis in gloria associari: cum ipsum dominum videat hanc sibi le-
gem statuisse, quod oporteat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Suam inquit,
quoniam secundum diuinitatem ipse est rex gloriae, & secundū animam ipsa gloria in verbo,
cui unita erat humanitas, fruebatur: corpore tamen exposito cruciatis, quibus nos redi-
meret à peccatis, ac tanto redemptos precio in gloria collocaret. Nemo ergo deliciose vi-
uens aduletur sibi, quoniam qui non tollit suam crux, & sequitur Christum, re vera non
est illo dignus. Docemur etiam passionis domini iugi meditationi nos semper debere esse
intentos: cum Moyses & Helias Christum in tanta gloria conspicientes, de excessu eius ab
humanis loquuntur, quem completerus erat in Hierusalem, & quod die tertia esset resur-
reclurus. Lucas porrò dicit Moysen & Heliam visos esse in maiestate, hoc est cum ma-
iestate Christi: quia maiestatem & gloriam tunc Christus dominus ostendere voluit. Ve-
rum enim uero tunc aliquid esse dicitur in maiestate, cum est in supremo suae dignitatis
culmine, quod tunc legi & prophetis contigit, cum in Christo omnia legis & prophetarum
completa sunt testimonia. Tunc denique & Christianus in sua est maiestate, cum domino
fide, prævia gratia bonisque operibus ac digna imitatione adhæret. Respondens autem
Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic
tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Heliæ vnum. Utique, O beate
Petre bonum est nos hic esse, ubi nec conficimur senio, nec fame aut siti vrgemur, nec dolo-
ribus cruciamur, nec ægritudine conficimur, nec labore lasamur. Bonum utique est nos
hic esse, sed quis nos deducet in montem domini, aut quis nos statuet in loco sancto eius? ip-
se, inquam, qui transfiguratur, ipse cuius tanta est gloria tantaque maiestas, quod sola acci-
dentalis corporis sui gloria vel breuissimo momento aspercta, ita animos ad se trahit & ra-
pit, ut iam Petrus clamet: Domine bonum est nos hic esse. At optime Petre non expedit
nobis in terra tabernaculum figere, altiora docet nos petere Iesus, cum omnem nostram in
caelum præcipit dirigi mentem. Dicit enim, prout habetur Ioa. 14. In domo patris mei man-
siones multæ sunt. Si quominus, dixisse vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abie-
ro & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut vbi sum ego,
& vos sitis. Et cap. 17. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut vbi sum ego, & illi sint mecum:
ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mu-
di. Hæc claritas maior est claritate transfigurationis: altior hic est locus, quam sit mons
Thabor. Verum enim uero cum beatus Petrus meminisset quod discipulis supra dominus
dixerat, nempe in Hierusalem reprobandum, & occidendum fore, cui tūc ipse respōdit: ab-
sist a te domine, non erit tibi hoc: nunc videns Christum dominum ita fulgentem & tanta
prædictum maiestate, ac simul cogitans, dum in illo esset fulgore, nihil posse illi obesse, vo-
luit illic permanere, ne quæ prædixerat dominus, pateretur: Ideo ita loquitur, nesciens, in-
quit beatus Lucas, quid diceret. Unde factum est. Adhuc eo loquente, ecce nubes lu-
cida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dices: Hic est filius meus dilectus,

in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et notandum est, quod dum fieret vox inuentus est Iesus solus, ut inquit Lucas cap. 9. Et Mar. etiam cap. 9. Et statim, inquit, circumspicientes neminem amplius viderunt nisi Iesum tantum secum: ne forte dubitarent ad quem vox patris referenda esset: solus igitur erat Iesus, qui solus & unicus est illi aeternaliter filius. Bonitate diuini amoris denotat, cum ait: in quo mihi bene complacui. Sunt enim sepe in nobis complacentiae voluntatis non secundum rationem, ideoq; non bona: Deus enim quodcumq; vult, illud est bonum: quippe cuius voluntas semper omnia modis ratione abundat, & cuius ratio bona semper queritur. Non autem dicit hic est filius meus dilectus qui mihi bene complacet, sed in quo mihi bene complacui. Sibi q; dicit complacere in filio, ad denotandum diuinae essentiae voluntatem: dum ipse in filio habet gloriam, & in illo complacet sibi: & filius itidem gloriam habere in patre, una eademq; gloria, una eademq; substantia esse praeditos designatur. Quod factum est, ne cum audiissent discipuli patrem & filium in distinctis nominibus personarum, unitatem essentiae separarent. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Si vox patris adeo suavis timore incutit, quid vox faciet irati iudicis cum a se separauerit in ignem aeternum damnatos? Sic pavidus & tremebundus Iudeorum populus dicebat Moysi: Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Exo. 20. Et accelsit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Cum in faciem procidissent, tetigit eos dominus manus sua, ad cuius tactum resurgunt mortui, surgunt & discipuli, quileuantes oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Quoniam dum vox fieret, prout praediximus ex beato Luca, & beato Marco, solus inuentus est Iesus: Et descendenteribus illis de monte, pracepit illis Iesus, dicens: nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Tunc enim astraeretis gloriam resurrectionis exemplo glorie transfigurationis, dicentes: Non miramini resurrexisse dominum, sed firmiter credite, quoniam nos ipsi vidimus corporis eius gloriam, cum adhuc viueret, cui & testimonium perhibebant Moyses & Helias. Etiam vocem patris audiimus testificantem illum esse filium suum natura, quem constituit audiendum, & illi in omnibus obtemperandu, tanquam verum Messiam & salvatorem mundi: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in aeternum. Amen.

TRACTATVS SECUNDV
In XVII. cap. beati Matthæi.

INUITAT hæc sacra lectio studiosas mentes altius considerare, huius tam gloriose & transfigurationis splendorem & associationem. Adebet cœlestis pater testimonium perhibens Christo. Adebet unicus eius filius carne induitus, cuius vultus solis claritatem excedit, cuius corporis fulgor vestes reddit coruscantes. Ad sunt primi beati apostoli Petrus, Ioannes, & eius frater Iacobus: denique adjungit primus ex lege Moyses, & ex prophetis Helias. Ex quo iam plena atque perfecta societas futura ostenditur in sanctorum gloria: quando in speculo patris, filij, & spiritus sancti, adjungit beati spiritus apostolorum, prophetarum & patriarcharum. In monte autem excelso hæc solennitas agitur, ut sæculo innotescat rebustum.

porarijs

porarijs deditos homines, quiq; se ad infima desideria permiserint trahi, ab huius celebrita
 us gloria seclusos esse. Non enim vrbis illa cœlestis tanta depresso terrenorum mole admit
 it. Agiles cives querit, & qui in altum volucres deferantur, quique sub pedibus Christi su
 um componant nidum, & qui se vera humilitate adusque terræ centrum submittant. Atque
 adeo sibi ipsis displiceant & contemptim habeant, vt nihil præ se vilius ac despicabilius arbi
 trentur. Verum quis ille erit, qui sic in altum euectus, subito seipsum reddat humillimum?
 Quis enim, dicebat ps. 54. mihi dabit pennas sicut columbae & requiescam. Pennas deside
 rat nō alteri volucris nisi columbae, quæ pro cantu gemitum reddit. Laudatur autem colum
 ba à simplicitate naturæ, à facunditate, quodque morticina miuime tangit, sed solis seminibus
 pascitur. Puram igitur vitam designat columba: quæ & gemitu humilitatem ostendit, &
 cœlestem ascensum volatu denotat. Inter hos igitur columbos viros Christus dominus træs
 figuratur. His sunt qui faciem eius, corpus & indumentum omnia splendentia cernunt. Ef
 fusæ sunt tenebre dicentium illū esse Heliam, aut vnum ex propheticis. Disiecta nebula su
 spicantis Herodis esse Ioannem baptistam, quando pater cœlestis sublimiori illum titulo
 prænotauit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.
 Et Helias & Moyses testimonium perhibent illum esse dominum vitæ & mortis: dum
 alter illi famulatur ex viuis, ipse est Helias, & alter in eius obsequium venit ex mortuis, ip
 se est Moyses. Porro inter viuum & mortuum transfiguratur, ex quo utilissimum nobis
 datur exemplum, si volumus transfigurari, id est à terrena ad cœlestia mentem conuerttere,
 vt omnia nostra inter mortem & vitam collocemus, uno igitur oculo in vitam directo, alte
 rum in mortem flectamus: & tanquam a tergo in sequentem mortem, atque omnia tempo
 ralia in nihilum redacturam inagi meditatione cernamus. Hoc quisquis assiduo egerit, tol
 let crucem suam, & dominum bonis operibus imitabitur: Act tandem ipsum conspiciet non
 quidem transfiguratum in monte Thabor, sed ad dexteram patris sedentem & omnibus do
 minantem. Huins considerationis defectum conquerebatur Moyses Iudeis deesse, quan
 do Deut. 32. dicebat: gens absque consilio est, & sine prudentia: ut nam saperent, & intel
 ligerent, ac nouissima prouiderent. Bona & vitam sedentes expectare possumus, pericu
 lis porro & malis obviandum est, & illa a longe propulsanda sunt, aut expedita. Sic enim
 fit, vt vel non contingant, vel si aliter fieri nequit, vt si quando accesserint paratores susci
 piamus. Ex quo utique prudenti consilio plura nobis bona prouenient. Nam quæ præuide
 tur sagitta, cautus evitatur. Itaque à vita ad mortem oculos connertentes, eam intrepidi ex
 pectemus, clypeumque illi bonorum operum opponamus, vt iam nobis non mors dicatur, sed
 mitium beatæ vitæ. Si hæc difficultia alicui videbuntur, secum perpendat quemadmodum
 beatus Petrus ab illa corporis Christi claritate affectus, iā omniū ac sui ipsi⁹ oblitus clamat:
 Domine, bonum est nos hic esse. Si bonum est, O Petre vos illic esse, quanto amplius bonum
 erit nos illic collocari, ubi iam non corpus domini clarificatum, sed ipsam eius diuinitatem
 intuebunur? Mens ergo nostra semper in cælum intendat, quemadmodum & beatus aposto
 lus Paulus ad Phil. 3. inquit: Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam saluato
 rem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis
 nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam
 possit subiungere sibi omnia. Exemplum corporis tui, quod cernis in puluerem reuersurum, et

in ultimae resurrectione surrecturum in gloria, sume ex tritici vel alterius seminis granum, quod cum nudum in terram iaciat agricola, mox surgit in viridem arundinem, & in vberiam spicam. Quod. 2. ad Corint. cap. 3. idem beatus apostolus Paulus subtilissima ratione ex lege concludit, dicens: Quod siministratio mortis literis deformata in lapidibus (hoc est, lex quae vitam non praestabat eternam, tota praelulget claritate ob eius latorem Deum) fuit in gloria: ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quae evanescatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Et postremo concludit, dicens: Nos vero omnes, reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Expectantes igitur gloriam magni Dei, & corporis etiam nostri immortalitatem & splendorem, transfiguremur nunc a domini spiritu in claritatem gratiae & prosecutionem bonorum operum. Aduertendum autem quod cum lex vetus populo trementi acclamat, Moysi facies tantum, non corpus, non vestis illustratur: quoniam sola legis noticia ostendentis Christum venturum rutilat, non indicia eorum, nec ceremoniae illustrantur, quoniam illa omnia transferunt. Ceterum dum Christus dominus transfiguratur, vultus, corpus, vestis, omnia denique fulgent: quoniam omnia legis gratiae precepta, dogmata, & sacramenta permanent in saeculum saeculi. Et regni eius non erit finis, inquit angelus Gabriel ad Mariam Deiparam semper virginem, & David ps. 109. de sacerdotio Christi ait: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec. Qui ergo tantam expectant gloriam, non vereantur crucem suam tollere, & plurimis bonis operibus exerceri. Illud autem a fidelium mente nunquam debet excidere, nullos esse qui grauiora sibi exquirant supplicia, quam qui male vivunt. Num quis te acerbitus cruciare potest, actu dum scelus committis? Locum in primis habitabis in terrum, eumque supra modum factum & spurcissimum. Pro pratis virentibus, nigerrimos spectabis demones omni deformitate deformiores, qui te mille illudat modis. Adde quod sine intermissione torquaberis igni inextinguibili. Incorsus semper ardebis: atque omnitorum genere ex cruciaberis. Quodque magis horrendum est, Deum tenquam visurum, nec a tatis cruciatibus inquam absolui posse, certissime scies. Quis ergo poterit tantis te tormentis afficere, quanta tibi peccando infers supplicia? Pon igitur omnia tua in excelsum montem virtutis, ascendeque ad dominum: & inter vitam & mortem quidquid animo volueris constitue. Si in mentem venerit regnum: interim mihi considera regem aliquem mortuum, qui tunc omnium rerum tam est impudens, humilis, & abiectus, quam qui maxime: ut a ligone iam nihil differant sceptralia. Si papatum cupis, pone ex aduerso aliquem summum pontificem vita priuatam, & bullam quandam euangelicem planè videbis. Site ambitio seu diuiniarum cupidio perturbat, constitue tibi ex aduerso diuitem, siue aliū summo honore praeditum virum, qui in cinerem redacti sint: et apertissima luce conspicies verum esse, quod in Ecclesiastico dicitur cap. 12. Vanitas vanitatum dixit Eccles. & omnia vanitas. Nunquam igitur a mente tua excidat, cum tentaris, aliquem mortuum ante oculos ponere: Quo in speculo vanitatem mundi perspicue intueberis, & quantae sint aestimationis omnia quae in mundo sunt. Et itate ad Christum conuertes: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.

TRACTATUS TERTIVS.

In XVII. cap. beati Matth.

AD confirmandam fidem discipolorum, dominus in monte transfiguratur: tum etiam finem ostendit, ad quem adipiscendum euangelica vita dirigitur. Has celebres rationes beatus Thomas adducit, nempe doctissimas. Oportebat namque discipulos, qui fidei futuri erant praedicatorum, talia de Christo habere testimonia: quibus Iudeorum perfidiam contundere possent, atq; omnem idolorum culturam à gentibus extirpare. Cum autem pater de Christo testimonium reddidit in baptismo, nondum discipulos dominus ad se ascererat. Nunc vero cum ipse testimonium haberet à scriptura & à miraculis, voluit discipulos testimonio patris in fide corroborari: præsertim cum prædictisset Petro, quando illum filium Dei viui confessus est: beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non resuclavit tibi: sed pater meus qui in celis est. Quapropter nunc huic Christi responso ad Petrum, scilicet quod pater cœlestis illi renelasset eum esse Dei filium: ipse pater non iam interiori voce in corde Petri, sed voce magna de nube in aures discipolorum, quorum ibi pri mi habebantur, legis & prophetarum testimonio Christi diuinitatem proclamat, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* Confirmata igitur sunt discipolorum corda in fide diuinitatis Christi: cum id quod reuelatum est vni, acclamatum à patre est pluribus. Proinde laudabilis vita finem ostendit discipulis, ut illi omnem laborem, omnēque tormentum paruipendant: videntes ad quod gloriae culmen sint peruen turi, qui nihil eorum quae ad Dei obsequiū pertinent, prætermittunt. Eleclis enim discipulis sublimitas hæc ostèditur, ne træfigurationis arcanū vulgo manifestaretur, quod forte passio nis domini foret obstaculo. Cū hoc præsertim mandatū dominus à patre acceperit, ponen di animam suam: tum etiam quia Iudei perfidi & obstinati in malo, vocem à patre missam aliorum flechterent. Quemadmodum cum vox de cælo à patre iterum audita esset, prout rescri beatus Ioannes cap. 12. qua dicebatur: *Et clarificauit, & iterum clarificabat: quidam dixerunt tonitrum factum est, alijs autem, angelus ei de cælo locutus est.* Quod & beatus apostolus Petrus significauit 2. epistola cap. pri. cum huius transfigurationis mentionem fecisset, dicens: *Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & præscientiam, sed sp̄eculatorēs facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magna gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Et hanc vocem nos audiuiimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendens, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. Non hoc dicit beatus apostolus Petrus, eo quod discipulis & credentibus non sit certissimum patris testimoniū: imò vero quoniam non credentibus Iudeis, prophetarū oracula certiora erant testimonia, quippe scripta, & quæ ipsi inficiari non poterant: at vocem patris ipsi abnegarent, nunquam se illā audiuisse obstinate mentientes. *Quin & corda ferrea non ita facile voce emolluntur.*

untur. Ceterum dominus in hac gloriofa sui transfiguratione oculos discipulorum ponit, nunquam se præcipisse aliquod relinquere temporale, quin maius aliquid donaret cæleste. Ecce prædictum: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me.* Et post dies sex tantæ maiestatis gloriam illis ostendit, ad cuius comparationem omnis sit leuisima pœna. Sic etiam dicit iuueni: *Da omnia quæ habes pauperibus:* Deinde multo maius promittit: *Et habebis, inquit, thesaurum in cœlo.* Dicit non mœchaberis: audi quid spopondit Spiritus sanctus per os David: *Delectationes, inquit, in dextera eius, usque in finem.* Ait quoque: *Qui diligit patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus.* Idem vero: *Qui fecerit voluntatem eius qui misit me, hic meus frater et soror et mater est.* Atqui Petrus apertis oculis domini gloriam considerans ait: *Domine bonum est nos hic esse.* Ecce finem euangelicae legis, nempe ut tollamus crucem et sequamur Christum. Finis iste eorum est, qui non grauatae remittunt iniurias, qui terrena respnuunt, qui se ieunys et flagellis puniunt, vigilijsq; attenuant, qui omnia pro Christo deferunt: quod si id minime liceat, cum omnibus quæ possident, ei obsequuntur. Finis utiq; iste gloriissimus: quem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Ceterum ad hunc finem consequendum opus est, ut beatorum apostolorum Petri, Ioannis, et Iacobis socij efficiamur. Quod et propheta David spiritu diuino præsentiens ait, psal. 23. *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo. Iacobus qui et luclator interpretatur, hic innocens dicitur manibus. Quemadmodum et David primo Regum 17. dixit Sauli, selectionem persecutum fuisse, et ab ore eius adempto agno, manibus per mentum apprecessum discerpsisse: et etiam ursum interfecisse. Qui enim luclator est fortis, manus habet fortissimas. Hic est quileonem et ursum ferociissimas inter cæteras syluarum bestias perimit, inquam, est qui grauiora peccata animum præcæteris perturbantia, gratia Dei à se longe pellit. Talis profecto innocens manibus dicitur, qui orationibus, ieunijs et vigilijs cæterisque operibus bonis à Deo fortitudinem impetrat gratiae, qua peculiaria sibi et veluti à natura contracta vitia expellat, respuat, discerpit, atque omnino extinguit. Io-

Cor mundū.

annes dicitur mundus corde, quoniam virgo electus à domino, virginitate semper illesa permanxit: *Cui et dominus cruci affixus virginem matrem commendauit.* Propheta igitur cum dixisset: *Innocens manibus, statim adiecit: et mundo corde.* Beati, inquit dominus, mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Cor immundum magnopere Deo displicet. Vae, inquit scriptura, dupli cordi. Cor duplex immundum est. Qui enim duplicit, inquit scriptura, dupli cordi. Cor duplex immundum est.

Cor immun-
dum laruatis
simile.

corde sunt, non mihi videtur illis absimiles, qui larvati in scenis prodeunt, acturi fabulam: quorum unus regis personam induit, alter iudicis, aliis mulierem se larua simulat. Qui tandem peracta fabula larvisque ablatis, qui regem mentiebatur, iam faber est, qui index, unus quidam erat ex plebe: quæ vero mulier videbatur, homo est: *Huiusmo- di sunt, quos dominus cauendos dixit.* Qui ouina induti ueste, et ouinam simulan- tes simplicitatem, re vera intus, lapi sunt atroces. Et nouum quidem in his reperitur nequitiae genus. Cum enim verba sunt fitarum in anima passionum notæ (ad sensa enim cor dis manifestanda homo vtitur voce) è diuerso isti effectis verbis cor obnubilat et occultant,

Vocis officiu
in homine.

nominis sat agunt, ne vñquam percipias cum loquantur, quid sibi velint, omnia simulate calideque agentes. Quippe cum hoc velint, aliud voce se velle simulant. Qui igitur cupit ascendere in montem domini, contra se precipue, & fortius contra omne peccatum manu fortidimicet: deinde cor mundum simplex & rectum gerat, nec fingat & simulet, seu verborum vñsum inuertat: quorum officium est, id quod intus latet, exterius propalare. Qui non accepit in vano animam suam: Ille in vanum aliquid accipere dicitur, qui re accepta abutitur: vñsum scilicet ad quem illa præstata est, inuertens. Si enim alicui donares calceos seu chlamydem, & ille ordine præpostero manibus portaret calceos, & chlamydem adaptaret capi: tio nōne dices, in vanum chlamydem illi & calceos te præstitisse? Ita quoque de anima di: cendum fuerit, quæ data est homini, rationalis quidem, vt ratione viuat. Donatur & illi fides, vt in Christum credens eum agnoscat: gratia item datur, vt bene operando mereatur. Proinde si ille pro fide sensibus vtitur, minime Deum cognoscit, nec quantum illi sit tribuendum perpendit, & gratiam peccatis commutat. Profecto quisquis talis fuerit, in vanum accipit animam suam. Et quoniam Petrus à petra dicitur, solidus ac firmus ille cum beato Petro in montem ascendet, qui animam suam non in vanam acceperit, firmiter fide cre: dens, & ab ecclesia Christi nunquam recedens: qui semper ratione ductus, nihil tribuerit sensibus & voluntati: qui suscepit gratiam bonis operibus auxerit: qui denique, vt bonus miles aduersus nequicias spirituales ad extremum usque halitum dimicanerit. O terræ principes & populorum præfetti, quemadmodum lepra contaminatos extra suburbia pelli: tis, & si quam domum tetigerit pestis, illico obseratis, & habitatores longe abire cogitis: cur inter tot peccatorum pestes, & lepras coniuictis? Agite agite, quid moramini? homines facinorosos, impudicos & corruptis moribus: aut seuerissimis legibus coercete, aut longe à republica vestra exterminate. Satagite vt ascendant omnes in montem domini, vt sint mundi corde, vt non in vano accipiant animam suam, vt diuinæ & humanæ legi subijcian: tur. Atque itafiet, vt vñà cum his beatis apostolis mereantur Christum dominum glorifi: catum intueri: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in ætera: num. Amen.

TRACTATUS QVARTVS.

In XVII. cap. beati Matth.

Habet Christus dominus & seruator noster montem in quo transfiguratur. Habet & demon montem in quo suos transmutat. Dominus itaque suos in se multipliciter transfigurat: cacodemon vero ita suos transuertit, vt minime Christiani esse appa: reant. Mons in quo boni Dei gratia trasfigurantur, ipsa sancta ecclesia est, mons Dei, mons pinguis, psal. 67. Cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, psal. 86. Horum igitur quinque sunt transmutatorum species. Primi Deum sequuntur, & ecclesiæ mon: tem ascendunt, tanquam mercenarij: vt pote qui temporalia querunt, & Dei obsequijs vacant, propter terrena, vel acquirenda, vel iam acquisita conseruanda. Horum cogi: tatio infima est, & Deo parum apta, quando infinito bono adherent, propter tempo: riarum bonum. Quoniam vero à peccatis abstinent, & coniungi Deo nituntur, quod faciunt

faciunt bonum est: hoc est, non peccare, & Deo proximos fieri. Intentio autem ad res temporales adhibita non est, quam si à se reijcerent optime transfigurarentur. Sic autem veluti mercenarij in domo Dei existimantur, similes filio prodigo, cui temporalia ad memoriam patrem reduxerant, cum dicat: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Temporalium igitur indigentia, & mercenariorum recordatio, illum ad patris domum redire fecerunt. Secundi sunt qui timent dominum, & à facie domini, & à timore eius concipiunt & parturiūt sp̄iritum salutis: iuxta illud Esaiæ cap. 26. *A facie tua domine, inquit, concepimus, & quasi parturiūimus sp̄iritum salutis:* & iuxta illud psal. 2. *Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Dominus enim & amari præcipue vult, & timeri: *Diliges dominum Deum tuum, scriptum est: & beati omnes qui timent dominum.* Hæc duo principibus necessaria omnino sunt, nempe ut diligentur primo, deinde ut timeantur. Quoniam amor facit impendi obsequia vera: timor vero retrahit, ne paruipendantur. Amor igitur incitat subditos ad optime seruendum, & timor reprimit subditos ne sint audaces. Ab hisq; timore principis unusquisque ad libitum suum viueret. Quin & ipsi quorum est munus iuri præesse, senatores, prætores, & inferiores iudices officijs suis deessent. Socrates, cum ad suspedium deprehensum furem lictores traherent, risus se traditur: qui de risu interrogatus respondit: *Rideo, inquit, quia video magnos latrones ad suspendum latrunculum ducere.* Tertijs sunt sub magistro transfigurati, qui nolunt amittere sp̄iritualem consolationem, nec in aliquo quantumcumq; proficuo opere distrahi, ne sua dulcedine sp̄irituali priuentur: gens quidem bona nimirum tamen sibi ipsi addicta. Quod admodum bonæ indolis puer die ac nocte adnititur, ne à magistro vapulet vel arguatur. haud secus isti ne sibi amica consolatione destituantur, ac veluti flagellentur, cibo dulcedini sp̄iritualis sibi subtracto, omne obsequium Deo impendunt. Quarti autē transfigurati filii sunt robusti, patrem diligentes Deum: & qui quotiens opus est de sua dulcedine & sp̄iritu aliquo nihil solliciti sunt, dummodo ab omnibus colatur Deus, sequi in sacrificium offerre pro Dei honore, & proximi utilitate, semper parati sunt. Sic robustus Abraham Iacobim molandum obtulit. Et beatus Paulus ad Rom. 9. optabat fieri anathema à Christo pro fratribus suis: ad tempus videlicet sibi differri præmium, vt plurimos Christo lucraretur: prout ad Phil. cap. pri. intulit, dicens: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Quod etiam de beato Martino legitur orasse eum, dicens cum iam in supremam incidisset horam: *Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso pro eis subire laborem, fiat voluntas tua.* Quinti autem sunt iam cum domino in gloria omnino transfigurati, & in societatem assumpti apostolorum, prophetarum, & patriarcharum, qui nec tentari possunt, nec ab ea in qua sunt gloria deiici. In Deum enim omnino absorpti in conspectu Christi lœtantur, qui vere dicere possunt: *Domine bonum est nos hic esse.* Transfigurantur & impij in montem superbie, quinque etiam modis. Primi nec volentes nec nolentes: prout sunt pueri qui non abluti sacro baptisme ab humanis decedunt. Hi sententia iudicis iustissimi Dei existentes filii iræ ob primum parentum peccatum, à beatitudine repelluntur, non tamen pena sensus puniuntur, nec ipsa pena damni illis est in tormentum, propterea quod ad beatitudinem nullam unquam actionem habuerunt: *Ob idque de illius*

carentia minime contristantur. Quemadmodum nemo tristatur ob carentiam alicuius rei
 ad quam nullum vñquam habuit ius. Non enim tristatur rusticus filius & vxori inten-
 dens, quod Romanum sibi non datur imperium: nec simplex sacerdos luget, quod non sit
 ad summum pontificatum adsumptus. Sic ante baptismum, ac citra rationis vñsum infantuli
 descendentes non contristantur, quamvis sciant se in æternum priuatos fruitione diuina,
 quoniam nullū ad eam ius habuere vñquam. Secundi sunt qui transmutantur in malū, subie-
 cti pravae naturae & consuetudini: quique iam laxatis habenis peccatum illud sequun-
 tur, ad quod ipsos seu diutina consuetudo, seu prava natura incitat. Hanc molem beatus
 Augustinus sentiens, & quanta difficultate amoueat intelligens, dicit: Suspira-
 bat ad te domine, ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate: & velle meum tene-
 bat inimicus, & inde catenā mihi fecerat, & constringerat me. Tertiū sunt, qui sponte sua
 se subdunt dæmoni, non propter seipso, sed propter amicos. Ut enim amicis congratulentur
 alienam famā lancināt, homicidijs & adulterijs fauent amicorum gratia. Cæterū quanta hi
 pœna sunt digni, quantoq; suppicio afficiendi manifestū est. Quū enim secundū apostolū de-
 berent gaudere cum gaudientibus, & flere cū flentibus, impudentes isti & perficatæ fron-
 tis nebulones, adulteros iuuant, latronibus, homicidis, detraCTORIBUS, ludentibus, blasphemā-
 tibus & eius notæ hominibus, inno perniciosissimis impostoribus operā suam præstantes. Im-
 piū sanè peccatorū genus, & peccantium extrema nequitia, vt hominibus placeant, Deo sū-
 mē disperdunt. Timent se ab hominibus parvūpendi, nec timent à Deo iusto ipsius iudicio in
 æternū puniri. Quarti sunt, qui semper transmutantur in peius malicia & consuetudine. Du-
 ritia enim obtexerunt cor, & oculos mentis obnubilauerūt. Hi videntes non videt, & au-
 dientes non audiunt, & intelligentes non intelligunt: nec couertūtur quātumlibet clamores,
 nec excitantur quantūlibet pungas & vellices. Quemadmodū namq; lutū quanto plus col-
 lustratur sole, eo plus duratur: ita isti Pharaonis similes, & Iudeorū germani fratres, ad om-
 nem sp̄itū sancti illustrationem, siue prædicatoriū opera, siue per internā inspirationē, si-
 ue apertis miraculis & tribulationibus id fiat, duriores semper efficiuntur. Quinti sunt iā
 sine sp̄e transmutati, qui sempiterno igni gehennæ traditi, ineffabilibus cruciatibus puniuntur:
 Quod iusto fit iudicio Dei, vt quis æterno puniatur suppicio pro temporali peccato, siquidē
 in æternū committitur. Quippe dñnatus illo semper æstuat peccati amore, in quo decessit, &
 illius perficiendi in mani desiderio & obstinato, in inferno tenetur. Superbia, inquit ps, eorum
 qui te oderūt, ascendit semper. Oportet igitur dū tempus habemus à vitijs declinare, & cum
 domino in monte sacræ sancte matris ecclesiæ transformari. Nec ad hoc temporis moram tra-
 bamus. Quatuor enim annumerātur, quibus homines à vera couersatione & transmutatio-
 ne declinant. Primiū, confidentia longioris vitæ, cæca sanè æstimatio: Dū enim parentes no-
 minat, ab isto sæculo discessisse illos fatetur: at nihilomin⁹ arbitrantur, suā meliorē esse cōditū
 onem, quam sit maiorum suorum conditio. Secundum est, quod nimium quidam audent, de
 Dei misericordia temerè præsumentes (neq; enim confidere licet nisi illis, qui se bonis operi-
 bus ex diuina bonitate & gratia posse saluari rentur) debent q; isti Deum & que iustum ac
 misericordem existimare, ne commissorum veniam sibi inaniter pollicentes, ad æterna ge-
 hennæ supplicia detrudantur. Tertia est imputitas peccatorum, quorum ipsi alijs causa
 & ansa extiterint. Quo circa valde necessarium est, vt publica semper puniantur

crimina, ut timore cæteri à peccatis deterreantur. Quartum est punitionis diuinæ dilatit
putant siquidem Deum non punitur, qui tanto acerbius infligit plagas: quanto peccatorū
vltionem differt. Vnusquisq; igitur summo studio adnitatur cum Christo domino in morte
transfigurari: cui est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

TRACTATVS QVINTVS.

In XVII. cap. beati Matthæi.

Quid ergo scribæ dicunt, quod Heliā oportet primū venire? At ille respon-
pondēs, ait eis: Helias quidē venturus est, & restituere omnia. Cū disci-
puli vidissent Heliā, & dominū eis præcepisse, vt visionē nemini panderet, do-
nec ipse resurgat à mortuis, putabant de resurrectione generali fuisse locutū: quandoquidē
à scribis acceperant Heliā venturū: iuxta Malachiae cap. vlt. vaticinū: Ecce, ego mittam
vobis Heliā prophetam, antequā veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuerteret
cor patrū ad filios, & cor filiorum ad patres. Quapropter respondet dominus, quod Helias
venturus sit, & omnia restituturus. Nunc autem illis primū patefacit aduentum in carne pa-
sibili, & Heliā officio non persona præcessisse, dicens de beato Ioanne Baptista: Dico au-
tē vobis, quod Helias iam venit, & non cognoverūt eum: sed fecerūt in eo, que-
cunq; voluerūt. Hoc dicit, quoniā Herodes Ioannē occidit. Sic & filius hominis pa-
surus est ab eis. Quoniam in Christū dominum etiā fecerunt quæcunq; voluerunt. Tūc
intelleixerūt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Quod & iam supra*ii.*
cap. cōmemoratus est beatus Matthæus, dominū dixisse de Ioāne Baptista: Et si vultis re-
cipere (scilicet eius testimoniū) ipse est Helias: videlicet officio, nō autem persona: prout de
illo prophetauit Gabriel archangelus, *Luc. pri. dū illum Zachariæ patri nunciaret*, dicens:
Ipse præbit ante illū in spiritu & virtute Helie. Et cū venisset ad turbā, accessit ad
eū homo genibus prouolutus ante eū, dicens: Domine, miserere filio meo, quia
lunaticus est, & male patitur: nā lāpe cadit in ignē, & crebro in aquam: & ob-
tuli eum discipulis tuis, & non potuerūt curare eū. *Luna cum sit naturæ humida,*
cerebrū in noni lunio maxime humectat: quæ & ipsa tunc est humidissima, propterea quod
à sole minorē calorem excipit. *Quocirca multo maiori tūc, quam alio tempore humiditatis ef-*
fectu pollet. Id temporis dæmō obseruans puerū istū vexabat, quod tunc magis aptū ad tor-
turam cerebrū esset, ob ampliorē humili affluentiam. Respondēs aut̄ Iesu, ait: O ge-
neratio incredula & peruersa, quoniā; ero vobiscū, vsq; quo patiar vos: In-
credula cū dicit, patrē notat, quod non habuerit fidem, dū à discipulis poscit dæmonis à filio ex-
pulsionē. Peruersa, quoniā pater discipulos insimulat impotentiae, at q; id publice, cū illud do-
mino posset clā indicasse, et salutē filio poscere, absq; eo quod dixit: Et obtuli eū discipulisti-
is, & non potuerunt curare eum. Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Ie-
sus, & exiit ab eo dæmoniū, & curatus est puer ex illa hora. *Increpatione dæmo-*
nis & imperativa expulsione, se Christus Deum ostendit. Nam tanquam Deus increpat,
& exire cogit. Mirati autem discipuli dominum, ita facillime dæmonē expulsi-
le. Tūc accesserūt ad Iesum secreto, & dixerūt: Quare nos nō potuimus ejusce-
re illū? Optima discipulorū interrogatio & exemplaris. Cū enim aliquid virtutis senseriste

non

non posse perficere, ad viros probos, & quære ab eis, quare id non possis? & remedium posce. Dixit illis Iesus, propter incredulitatem vestram. Non fuit perfecta fides discipulorum, cū pellere dæmonem tentarunt. Nā fides miraculorum confidentia magnā requirit. Quia propter dominus addidit, dices: Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, & transibit: & nihil impossibile erit vobis. Iam superius fidē, prout retulit beatus Matthæus cap. 13. grano sinapis contulit: quodcum sit minutissimum inter omnia semina, fit maius omnibus oleribus. Ita nunc fidem forte, in dubitatam, constantem: iterū grano sinapis assimilat, quia alioqui humile, & exiguum semen, magna sit arbor. Si igitur habueritis fidem humiliē, & charitate plenā, quæ sit maior omnibus oleribus, dicetis mōti huic, transi hinc, & transibit. Hoc autē genus non ejicitur, nisi per orationem & ieuniū. Hæc secunda causa est, quæ obijcitur discipulis: cur dæmonē illū sœum ejere non potuerunt: Id quippe humilitatē ingentem requirit, quæ per orationem & ieuniū ostenditur. Qui enim ieunat & orat, suam fatetur imbecillitatem, & desuper auxiliū flagitat. Sic Esaias 58. cap. dicit: Quare ieunauimus, et ieuniū & ora non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti? Enī ieuniū dicit animæ humilitationem. Simulq; aduertendū est contra Lutheranos, quemadmodū concludit dominus, lansans ieuniū & orationem: Siquidem vtrinq; tanta est virtus, quod his dæmonia, quæ alias minime expelli poterant, expelluntur. Optimū ergo est ieunare & orare. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominū, & occident eum, & tertia die resurget. Supra proximo cap. id retulit euangelista dominū dixisse: vt nunquam à memoria hominū passionis dominice excidat recordatio, quæ toties à domino repetitur. Hoc vtiq; indicū est illam semper dominū ante oculos mentis præferre, qui totiens se passurū cōmemorat. Et contristati sunt vehementer. Admonent hic nos beati apostoli, vt vero cordis affectu passionē domini deploremus, cū ipsi auientes illū passurum, tanta sunt affecti tristitia. Et cū venisset Capharnaū, accesserunt, qui didrachma accipiebat. Didrachma, id est duplex drachma, quā à quilibet habente familiam, Iudei exigeabant. Est autē didrachma media pars sili: continet q; obo los decē, Exo. 30. & est quinta pars aurei nostri. Quā summā fortasse Augustus Cesar Iudeis, Cyrino sine Cyriño præside, tribut in nomine soluendā indixit. Accesserunt ergo qui didrachma accipiebat ad Petru, & dixerunt ei: Magister vester nō soluit didrachma? Ait, etiā. Et cum intrasset in domū, præuenit eum Iesus, dices: Videtur ex hoc Petru Christo nunciare velle, quæ illi exactores tributorum dixerant, cui prius Iesus ante quā ille aliquid nunciaret, ait: Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributū, vel cēsum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii. Ostendit dominus se vere ex Regum Iuda sanguine ortum, secundū carnē: nā filij Regū liberis sunt à tributo. Filii non quomodo cū sanguine coniuncti, sed qui per lineam rectā originē trahunt: ideoq; se vocat filium, qui quidē tributum reddere non tenebatur. Nec videtur hic de filiatione diuina agere, cū querat à Petro: Nū reges terræ accipiunt censum à filijs suis, an ab alienis? velut si filium denotans: hoc est, qui verè descendat secundū carnem ex regibus Iuda, & à tributo onimodo sit exemptus. Illud non præterierim, quod dominus & si cetera mundi despexit: ex sanguine tamen

Sanguis nobis.

tamen nobilissimo originem traxit, nempe ex stirpe regia, scilicet Davidis progenie ceterorum regum Iuda. Non autem haec ita dicimus, ut extollamus sanguinis nobilitatem virtutibus destitutam: sed quia nobilitas sanguinis virtute illi adiuncta redditur illustrior. Nobilitas enim ipsa ortum à virtute habet. Videtur igitur virtus cum adjicitur nobilitati, in sua vera radice, à qua primū processit, collocari. Hinc etiam aduentum, quantas sunt infamia conspersi nobiles sine virtute, quippe qui longo interuallo à suo deflecent ortu. Ut autem non scandalizemus eos. Quia nondum illis compertū erat, Christum dominū per lineam rectam originem trahere ex regio sanguine secundum carnem, in quo nos etiam docet suo exemplo, ne cui offendiculo simus. Vade ad mare, & mitte hámum, & eum píscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem. Stater id est quod scilicet continens bis didrachma: illum sumens, da eis pro me & te, pro me scilicet unū didrachma, & pro te alterum: quoniam iam Petru apostolorū principem constituerat, dicens: Tibi dabo claves regni cœlorū. Staterem autem forte ibi creauit dominus, vel illū sciebat in ore píscis detentum. Quæ sanè restestimonium est potentiae & præscientiae eius: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

Tractatus primus in XVIII. cap. beati Matthæi.



Nilla hora accesserunt discípuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Questio haec ortum habuit à quadam disceptatione quam discípuli, ut tradit Marcus cap. 9. in via tractauerant: cum dominus venisset Capharnaum post montis descensū, in quo fuerat transfiguratus: quis eorum scilicet maior esset? Audierant siquidem dominum de sua passione & resurrectione loquentem. Item confixerant illum scorsum bis adsumpsisse Petrum & Iacobum & Ioannem in suscitate filiæ archisynagogi, supra cap. 9. & in transfiguratione supra proximo cap. Quo circa in via disputare cœperunt, quis maior eorum esset. O deplo randa hominum ambitio. Au non haec fuit occasio ruinæ angelicæ, velle præesse & omnibus anteferriri? Sciens autem cacodæmon dominandi ambitionem certam esse ruinam hominum & angelorum, ter discípulos domini hac est adorsus tentatione, videlicet in hoc loco & infra. 20 cap. cum Ioannes & Iacobus ad dextrā & sinistrā domini sedere cupiunt. Et Lnc. 22. cap. cū iam imminente passione domini inter eos fuit contentio, quis eorū maior esse videretur. Ab hac igitur contentione perniciössima, quis eorum scilicet esset maior, quā in via mutuo excitarunt, orta est haec interrogatio: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus parvulum, statuit eū in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli, nō intrabitis in regnum cœlorum. Quis maior est quæreris? Illud vos primū scire oportet, quod qui de maiestate contendunt, nisi conuertantur & efficiantur humiles, non illis regni cœlorum pertinet ostium: & sic in regno cœlorum, nec maior nec minor erit. Nunc ad propositam questionem respondit: Quicunq; ergo humiliauerit se, sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Ecce qui maior est, ille scilicet qui parvuli humilitatem habet. In parvulis enim aliqua gulae & cupiditatis vestigia insunt: at verò de principatu nulla illis est cura. Si filiolus regis inter suæ ætatis puerulos statuatur, haud dubium est, quin eadem faciat,

faciat, atq; illi. Similiter enī se fœdabit luto, laterum ac tegularum fragmenta congeret, hisque inter se compactis, domunculam aut quiduis aliud simile excitabit. Ex arūdine tibiā conficiet: omnibus deniq; ludicris puerilibus, naturæ suæ oblitus, indiscriminatim se oblectabit, adeo paruulinatura humiles sūt. Et qui suscepit vnum paruulū talē in nomine meo, hoc est, non natū, sed factum propter me talem. Propterea addit talem qualē scilicet ipse dicit debere fieri, hoc est humilem, me suscipit. Ac si dicat, quis suscipit humiliē discipulum, me humilitatis fontem & magistrum suscipit. Qui autē scandalizauerit vnu de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut veniant scandalata: veruntamen vñ homini illi per quem scandalum venit. Istud est scandalum pusillorum, prout iam supra cap. 15. retulimus tractatu primo. Est & scandalum phariseorum, de quo non est curandum. Item actuum & passuum, datum & acceptum. Scandalum istud est pusillorum & datum illis actiue: quando scilicet ex actu alicuius perperam agentis, probi in peccatum labuntur vel in hæresim, prout multos simplices decipi contingit a doctoribus, vel cum ex prava alicuius vita debiles, similia vel reputant facienda & faciunt, vel non reputant facienda: sed quia vident illa fieri, & ipsi faciunt. Docte ergo scandalum à beato Hieronymo definitur: Scandalum, inquit, est dictum Definitio sc̄. 2. 2. vel factū minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ. Perfecti vero viri non scandalizātur, quando illis nō est ruinæ occasio actio prava alterius. Nec enim imitātur prauos, qui inimico nec odio habent. Ideo David ps. 118. ait: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Quod autem dominus ait: Necesse est enim ut veniant scandalata. Hoc est, aliqua dicantur & fiant minus recte, quæ alijs præbeant occasionem ruinæ: dupliciter secundū beatum Thomam potest interpretari: vel necessitatis finis, vel secundū conditionem hominum. 2. 2. quæstio. 44. art. 2. Necessitas finis dicitur, cum id quod sit aliquibus prodest in ecclesia: manifestantur namq; & probantur boni malorum scandalo, & sèpe per malos boni exercitantur. Simile est illud beati apostoli Pauli pri. ad Corint. cap. 11. Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, vt & qui probati sunt manifesti fiant in vobis: Hæresis ergo iniquos prodit, eadē & bonos indicat. Necessitas secundū hominum conditionem dicuntur, eo quod eueniet necessario secundū modū viuendi hominum. Quæadmodū enim prædicunt medici aliquā superuenturā infirmitatē int̄ēperantibus, cōsideratis eorum excessibus: sic quoq; attenta prava hominū vita necesse est scandalata suboriri. Veruntamen vñ homini illi, per quem scandalum venit. Infelicem se arbitretur, quieiusmodi est. Quapropter sequitur: Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice ab te: bonū tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudū, quād duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Pœna infernalæ eterna. Hic ostenditur pœna inferni esse æterna, cum dominus ignem dicat æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice ab te: bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quād duos oculos habentem, mitti in gehennā ignis. Adeo enim scandalata vitanda sunt, vt omnis scandali causa omnino sit abscindenda. Si autem pater vel mater aut frater sive neceſſarius & amicus, tibi occasionem præbet peccandi, erue,

hoc est separare à quocunque qui huiusmodi tibi offendicula parat. Si autem oculus tuus ibi cupiditatis retia tendit, tolle omnem occasionem sive confortij sive loci, atque ita oculum eruis, et projcis abs te, ne et tu projciaris in gehennam ignis. Si autem manus tua ludit te et tua dissipat, vel pes tuus aliquò gradiens noxia adfert, abscede manum et pedem ne et tu in ignem æternum decidas. Non hic manum et oculum seu pedem corporeum accipias: sed scito omnem occasionem peccati rescidendum esse, his verbis ostendisse dñm. Et hoc est oculum, manum, et pedem projcere. Iterum dñs sermonem flectit ad superiora pusilllos laudans: Videte, inquit, ne contemnatis vnū ex his pusillis: Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper videt faciem patris mei, qui in cœlis est. At qui cum tales habeant paedagogos nimium sunt venerandi, et non contemendi. Hic aduertendū est, angelos nos habere custodes, et hos beatos spiritus Deū semper cōspicere. Quāta hæc hominis dignitas sit, ille vere nouit, qui angelorum et beatorum eminentem gloriam et dignitatē perpendit. Magna utiq̄ dignitas hominis est, tales se habere custodes, quibus et gubernetur. Quare aut dñs cum hic de scando agat, potius adduxerit angelorum custodiā, quam se redemptorem cum posset dicere: Dico enim vobis, quia filius hominis eorum saluator semper videt verbum diuinum cui uenitus est: Alia non se offert causa, nisi illā velimus reddere: quoniam angelus praua superbia ecederūt, volendo præesse et maiores fieri: boni aut angelis nimiū humilauerūt, et sicut paruuli ingressi sunt in regnum cœlorū. Hic enim beati spiritus creati sunt ante cœlum et terram, secundū beatū Gregorii Nazianenū, et Damascenum lib. 2. cap. 3. Secundū autem doctores latinos simul creati sunt cum cœlo et terra. Quod et scriptura uidetur attestari, dicens: In principio creauit Deus cœlum et terrā. Sienim angeli prius essent creati, non diceretur cœlum et terra in principio creata, sed post angelorum conditionem. Cū autē dicat: In principio creauit Deus cœlū et terram, videtur nihil ante creatum. Tūc igitur creati sunt angelī boni, et qui postea corruerūt, quorū numerus nobis est imperscrutabilis, iuxta illud Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, et decies millia cētēna millia assisterebat ei. Et beatus Ioannes Apocal. 5. Et erat numerus eorum millia millium. Creati autem sunt in gratia dñi. Erat, dicit beatus Augustinus, dominus simul cōdens angelorum naturam, et largiens gratiam, habuerūt q̄ deo fidem et in illo spem cū his tribus virtutibus creati. Quorum uñus ex præcipuis, ceteros malos qui corruerūt suo prauo exemplo corrupti, voluit nāque assimiliari altissimo, et in se gloriam habere, quemadmodum Deus, vel a se ipso suis viribus Deum videre sine eius gratia et iunamine. Quod Esai. insinuat ca. 14. dicens: Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, In cœlum ascendā, super astra Dei exaltabo solium meum, et sedebō in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendā super altitudinem nubiū, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detrahēris in profundum laci. Boni aut quorū princeps Michael diabolo et eius asseclis prauo eorum scandalizati exemplo, fortiter restiterunt. Hoc autem prælium est quod vedit beatus Ioannes in Apocal. cap. 12. dicens: Factū est prælium magnum in cœlo, Michael et angelus eius præliauitur cum dracone: et draco pugnabat et angelus eius et non prævaluerunt, nec locus eorum innuentus est aplius in cœlo. Bonis aut se diuina esse tia reuelauit, et beatificauit sua diuina visioe et fruitioe. Ex quibus ultimisibus sunt à Deo tutelares constituti. De istis enim dñs ait. Angelorum in cœlo semper videt faciem

Angelus cu-
stos.

De angelorū
creatione.

Prima positio
peccati, etū
Tho. pri. part.
q. 63. art. 6.
2. Ioa. Demas-
cenus.

ciem patris mei, qui in calice est. Si mibi præciperetur custodire aliquem hominem, & illi semper adesse, tria hominum genera maxime respuerem, nimurum desides, auaros & inuidos. Pigri in omne periculum incidunt, cum per suam desidiam & segnitie nihil eorum quod facturi sum in tempore faciunt. Auari, cum omnium malorum radix cupiditas sit, nihil intactum perfas & nefas relinquent. Inuidi, triste hominum genus, vi potest qui de omni proximorum bono tristatur & cruciantur, & cum bona saepe aliis succedunt, continuo habet inuidus unde tristetur. Et quidem auarus semper habet quid cupiat, & etiam piger quid omitat. Si ergo O inuidus oculo tuo scandalizaris, ex proximorum felicitate, erue eum & proice abs te: Si manus tua, O auare, scandalizat te, & rapis & acquisiris semper aliena cupiens, erue & proice abs te. Si O piger pestius spiritu alia bona omittendo scandalizat te, erue eum & proice abs te. Habet haec tria mala unum ingens malum: cum ipsa senectute augentur auaritia, inuidia, & accidia. At contra haec angelos habemus custodientes, & Christum dominum: qui nos gratia sua in melius reformare potest: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.

TRACTATUS SECUNDVS.

In XVIII. cap. beati Matthæi.

Cæterum cum de scando in tractatu præcedenti sit dictum, & de ambitione domini: **Ambitio.** aduertendum est quanto studio sit caueda domandi cupido, quæ non parcit apostolis domini (ante tamen aduentum sp̄us sancti) pauperibus quidem viris, quis simplici tunica amiciebatur nudus, alebatur cibo, eoq; parcissimo. Nullus eorum collegi, redditus, nullasq; villas seu prædia possidebat. Nihilominus verò in hominibus ita nudis & ab omni temporali auxilio destitutis, ex ardescit ambitionis ignis. Qui nullo quidem someto nutritur, sed in se ipso homine dominandi cupido viget, dummodo unus aut alter adgit homo tantum cui dñetur. Hoc adeo dixi, ut omnes sibi ab hac peste caueant, quæ hominibus etiā spiritualibus aduersatur. Nutritur in domibus Regnū, & ad pauculos agricolas vñq; diffunditur, siquidem beatos apostolos Christi causa est aggredi, bis inter se contendentes de dignitate & præcellētia. Fugiat igitur homines ambitionē, & dum audiāt, hic semel ab ore & semper ex euāgelio clamantē: Amē dico vobis, non Humilitas si couersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorū. Parvulus non iracundia retinet, læsus pomo placatur, præesse necit, carnis puritate habet, & uno simplici, veste satisfacit naturæ. Hac innocentia amat Christum, hos amplectatur secundum Mar. ca. 9. Iis adsimiles in libro diuinæ sapientiae sunt sapientes: alioquin stultorum loco potius haberentur: uicta illud beati apostoli Pauli pri. Corin. pri. Nonne stultam fecit Deus sapientiam humani mundi? Et eadē epistola cap. 3. ait: Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut parvulus iste, hic maior est in regno cœlorū. Humilitas non reddit hominē nudū & imbecilem, quin potius acuit intellectum, & fortē facit. Superbus enim falsa proverbi habet, transeuntia retinere conatur, & aura pascitur. Humilis verò prudenter transeuntia cauet, & quæ non mutantur cœlestia obtinere nititur: Cadauera respuit, rebusq; pascitur spiritualibus. Deum seper sibi propitiū habere curat, & imperfacto anno tentationes expugnat. Idē se subter humum occultat, dum nihil de se magnū cogitās, totus de Deo pēdet, deq; illius tantū cōfidit auxilio: Unde & inexpugnabilis redditur, secundum David pro-

S y p̄heciām

pheciam, ps. 124. Qui cōfidunt in domino, inquit, sicut mons Sion, nō cōmouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Sic inter omnes puras creaturas beatissima Dei genitrix virgo Maria principatū obtinuit: quia præceteris humilitate resplenduit: quippe quanto se per humilitatem deiecit, tanto ad superiora cōscendit. Vnde beatus Augustinus inquit: Vide te fratres magnū miraculū: altus est D^eo, humilias te, venit ad te: erigis te, & fugit a te. Quare hoc? quia humilia respicit, & alta a lōge cognoscit. Humilitate igitur alta petamus: humiliitate nāq. ad sublimia deducemur, & vñq. ad societatem angelorum Christi gratia sublimabimur. Cæterū quod d^rns ait expedire illi, qui vni ex his pusillis, qui in se credūt scādalu[m] dederit, ut asinaria mola ad e[st] collū suspēsa in profūdu[m] maris projiciatur: scito hac p[ro]p[ter]a oī ap[osto]lū. Palesti[n]os grauiorū criminis cōvictos affici, quo circa d^rns hic ēā inducit. Descādalo autē passu[m] ad huc aduertēdū, qđ nunq[ue] reperitur sine actino, vel ab alio scandalizāte præstito: vel a se ipso sumpto, qui passiu[m] scandalizatur, prout phariseis contingebat. Qui in verbis & factis dñi scandalizabantur, & ipsimet sibi scandalum actiu[m] præstabant, dum eius sanctissimae actio[n]es in malū retorquebāt. Bonis autē non est scandalum, quandoquidē humilitate & veritate præditi, in aliorū malis ruerere nesciunt. Propterea quod se fragiliſſimos semper existimantes, & occulta Dei iudicia præ oculis semper ferentes, dū quoniam vident male operantē, & diuinam considerant permissionem, & se multo fragiliores cadentibus arbitrantur, nisi Dei gratia protegerentur, pro peccatoribus orant, quos diligunt, & in iustorum transire confituum optant. Cæterum peccata abhorrent secundū illud beati Augustini in regula: Cum dilectione hominum & odio vitiorum. De metaphorica autem domini locutione quod oculi manus & pedes sint eruendi & absindēdi: considerandū est ad veram borum verborū intelligentiam, quid in diuina scriptura oculi nomine, manus, & pedis intelligatur. Psalmo 12. inquit David: Illumina oculos meos ne vñquam obdormiam in morte, ne quando dicat intimus meus, præualui aduersus eum. Et ps. 4. Oculi mei semper ad dñm, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Oculi pro intellectu constat his in locis accipi, quoniam oculus corporis in morte nec illuminatur, inō comprimitur & obscuratur, nec quisq[ue] oculis carnis respicit Deum: ut euellantur è laqueo pedes eius. Intellectus igitur quo Deum cognoscimus, hūc propheta postulat in Deo illuminari, & à vera fide & Dei cognitione cum sit ab hac vita grandum haud deficere. Quo etiam intellectu Dei cognitioni emancipato, sperat ut pedes eius à peccatorū laqueo euellantur. Si igitur intellectus tuus scandalizat te (prout continet hæreticis, qui se opinantes sapientes esse, stulti facti sunt in adiumentib[us] suis) erue eū projice q[ue] abs te, ac subde intellectum tuū fidei: & cum beato Gregorio in omnibus dic: Ego salua fide volo amplius alieno intellectui cedere, quam contentionibus deseruire. Et illud beati Pauli. 2. Timot. 2. Noli verbis contendere. Et illud ad Titum. 3. Contentiones & pugnas legis leuita. Et prima Corint. 11. Si quis autem videtur contentiousus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei. In his autē quæ ad fidem attinent intellectum submitte ecclesiæ Dei, semperque illi adhære. Ipsa enim est columna & firmamentum veritatis, pri. Timot. 3. Hæc si feceris non te scandalizabit oculus tuus: hoc est, intellectus tuus. Pes autem in scriptura affectio voluntatis est. Nam quemadmodum pedibus veluti quibus dā basibus totum corpus innititur, & illis quocunq[ue] vult fertur: sic & anima mouetur affectibus, vt quo illi animam concitarint, ipsa progrederiatur. Vnde David dicit. Pes me-

Quid per oculū manū & pedē intelligēdū. Illumina oculos meos ne vñquam obdormiam in morte, ne quando dicat intimus meus, præualui aduersus eum. Et ps. 4. Oculi mei semper ad dñm, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Oculi pro intellectu constat his in locis accipi, quoniam oculus corporis in morte nec illuminatur, inō comprimitur & obscuratur, nec quisq[ue] oculis carnis respicit Deum: ut euellantur è laqueo pedes eius. Intellectus igitur quo Deum cognoscimus, hūc propheta postulat in Deo illuminari, & à vera fide & Dei cognitione cum sit ab hac vita grandum haud deficere. Quo etiam intellectu Dei cognitioni emancipato, sperat ut pedes eius à peccatorū laqueo euellantur. Si igitur intellectus tuus scandalizat te (prout continet hæreticis, qui se opinantes sapientes esse, stulti facti sunt in adiumentib[us] suis) erue eū projice q[ue] abs te, ac subde intellectum tuū fidei: & cum beato Gregorio in omnibus dic: Ego salua fide volo amplius alieno intellectui cedere, quam contentionibus deseruire. Et illud beati Pauli. 2. Timot. 2. Noli verbis contendere. Et illud ad Titum. 3. Contentiones & pugnas legis leuita. Et prima Corint. 11. Si quis autem videtur contentiousus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei. In his autē quæ ad fidem attinent intellectum submitte ecclesiæ Dei, semperque illi adhære. Ipsa enim est columna & firmamentum veritatis, pri. Timot. 3. Hæc si feceris non te scandalizabit oculus tuus: hoc est, intellectus tuus. Pes autem in scriptura affectio voluntatis est. Nam quemadmodum pedibus veluti quibus dā basibus totum corpus innititur, & illis quocunq[ue] vult fertur: sic & anima mouetur affectibus, vt quo illi animam concitarint, ipsa progrederiatur. Vnde David dicit. Pes me-

us stetit in directo, in ecclesijs benedic te domine. Cum enim affectio voluntatis in directo est posita, laus Dei non deficit ab ore et opere diligenter: quoniam omnia sua in Deum dirigit, et propter illum omnia operatur. Quemadmodum et Iob. 29. ca. ait: Quando lauabā pedes meos butyro, hoc est affectiones meas pinguedine charitatis. Si igitur affectio tua et amor tuus per diuersa discurrat, et tenebras mundi amat, erue eum et proice abs te: melius enim est tibi claudum, hoc est terrena affectio priuatū, in vita igitredi: quā multis occupatā habēs affectionē mitti in gehennam ignis. Ad hæc, manus in diuina scriptura potentia innuit: Emitte, inquit David, manū tuam de alto, libera me de aquis multis, et de manu fieriorū alienorū. Potentia vero dei postulat sibi, aduersus potentiam iniquorum: et utramque manus appellatione significat, psa. 143. Et psa. 20. Inueniatur manus tua, inquit, omnibus iniuris tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Et Iob. cap. 13. Duo tantū ne facias mihi, et tunc à facie tua nō abscondar: Manū tuā longe fac à me, et formido tua nō me terreat. Si igitur potentia tua scandalizat te, erue eam et proice abs te: Quandoquidē si potens es, potentia opprimis pauperes, aliena inuadis, et quidquid vis id fieri iubes: erue à te manū tuā. Nā melius tibi est debilē absq; principatu, absq; dominio, et absq; dignitate ad vitā ingredi, quā duas manus habentē, hoc est duplicata potentia mitti in gehennā ignis. Hæc tria igitur sunt: nempe intellectus, affectus, potentia, quae maxime in præcipitium deturbant homines. Quidam enim per intellectus superbiam corrunt, alijs varijs trahuntur affectibus, et sic in varias præcipitantur calamitates. Nonnulli potentia seculari seu ecclesiastica freti, quicquid illis in mentem venerit, et si ab æquo et bono penitus alienum, id illico fieri volunt. Qui quidē in tartara magno cum strepitu ruunt. Eò dominus unumquodq; horū trium præcipit amputari, dummodo nobis scādalo sit, horū est faciat ruere in peccatum, à quo gratia Christi liberemur: Cui cū patre et spū sancto est honor, gloria, et imperium in æternū. Amē:

TRACTATUS TERTIVS.

In XVIII. cap. beati Matth.

QUandoquidem de ambitione et scandalo latius differuimus proximo tractatu, quæ pressus in primo tractatu huius 18. ca. dixeramus, nō abs re erit aliqua de ageris prosequi, quæ compedium attigimus in eodem primo huius cap. 18. tractatu, occasionem sumētes ex illis domini verbis: Dico enim vobis, quia angelii eorum in cœlo semper vident faciem patris mei, qui in cœlo est. In primis igitur valde obstupeo, quoties tecum perpendo, angelorum peccatum: Id quod supra commemoravi, diabolum voluisse Deo assimilari, in eo quod à seipso voluit habere gloriam absq; meritis et gratia: quemadmodum sum. Deus omnipotens à se ipso habet, quod sit beatus. Nec minus obstupeo cum in mentem venit impiæ et diabolica prorsus Lutheranorum heresis, quæ et ipsa omniē admittit et explodit meritum, totaniq; abolet gratiam. En quæadmodum tenebrarū princeps in filios dissidet et operatur. Enī miseros Lutheranos decepit, eodem illos, quo ipse cecidit, scelere contaminans. Ille absq; meritis et gratia à se solo voluit consequi beatitudinem: Ita et infelix Luther absq; bonis operibus et gratia sola fide, falso sibi salutem spendet: vt ferè similis sit superbiam Lutheranorum peccato Luciferi. Diabolus enim à se gloriam habere cupit: una sola item Lutherani fide, voluit ad se adducere sanguinem Christi, et beatitudine fui. Quod autem diximus de ma-

Lutheranorum
heresis in ali-
quo simili
peccato de mo-
nis.

lis angelis voluisse Deo sumo assimilari, et quod retulimus ex Esa. cap. 14. dixisse diabolum: Ego similis altissimo: non est ita intelligendum, ut arbitraris diabolū voluisse Deū esse: hoc enī est cōtra vius cuiusq; naturā velle non esse. Nec enī diabolus poterat velle se Deū esse, nisi etiā vellet se non esse quod erat. Hoc autē est impossibile in intellectū angelicū caderre ante peccatū, quoniam est cōcitatatis omnimodae, quae alterius pœna peccati est. Ex quo cōsequeretur, ut prius diabolo pœna infligeretur, quam reatū committeret. Hæc profectiora, quae est doctoris subtilis, aliam aduersū se rationē repugnantē habet. Ut enim velle à se sine meritis et gratia habere beatitudinē, quēadmodū et Deus, et sic altissimo assimilari: siue velle in se ipso habere beatitudinē, sicut Deus in se est beatus, cōcitas dici potest: uta per cōse quens pœna esset inficta, ante quā alia præcederet culpa. Ceterū hæc diluitur impugnatio si qualitas vius alteriusq; peccati, recte cōsideretur: Nā velle ex se, vel sine meritis et gra tia beatitudinem cōsequi, extrema superbia est: non tamen dicitur pœna, quoniam nō per hoc appetitur aliquid, quod sit pœna: quēadmodū qui appetit alterius esse naturae, siue angelisi ue bruti aut lapidis, appetit destruere esse qđ est, et omnino vellet se ad nichilū redigi ut in alterā posset transire naturā. Nisi enim anichiletur, nō trāsibit. Tātū illa materia quae est hominis, si appetat esse aliquid terrenū, trāsibit in formā bruti vel lapidis, siue aliquid huīusmodi. Hæc autē omnia sunt ab intellectu omnino aliena, et cōtra naturā, quae seipsum omnino cōseruare nititur. Velle autem sine meritis et gratia, vel in se ipso beatitudinem esse qui (et si iuxta Aristoteleō ōnis malus est ignorās, nō tamē est cū sui ipsius anihilatione) stultitia quædā magna est, et extrema superbia. Nō tamē dicitur pœna in peccantibus angelis, sed culpa: quoniam superbia obcēcati sunt, nō natura. Tūcēti natura diceremus illos obceca tos, si vellent nō esse qđ sunt, et oīno redacti in nihilū in aliā transire naturā. Deus enim piissimus et sume bonus illos per sp̄cifico intellectu creauit: verū malicia et prauitate voluntatis, et suprema superbia peccauerūt. De quibus Ioannes Damascenus ait: Diabolus peccauit in eo, ad quod peruenisset, si stetisset. Unde apparet peccatū diaboli de habēda beatitudine sine meritis et gratia, et a seipso processisse. Traxit autē secū in damnationis perpetuae pēnā tertiā angelorū partem, prout quidā interpretatur illud Apocal. Draco cauda eius trahit tertiā partē stellarū cœli, et misit eos in terrā. Hoc tamē nō est nobis notū sed Deo et animabus beatorū, quibus quot ceciderunt cōpertū est: et quot permanerūt beati angelisci unt. Ex nomine autē Michael, quod interpretatur: Quis sicut Deus? Et ex Apocal. 12. Factum est præliū magnū in cælo. Michael et angelieius præliaabantur cū dracone, et draco pugnabat et angelieius, et non valuerūt, nec locus inuentus est eorū ap̄plus in cælo: cōstat Michaelē contra dixisse diabolo, cū palā fecit angelis velle à se beatitudinē sine meritis et cōuersione in Deū: et sic vius est de primis principibus beatus Michael. Legimus nāq; Dani. 10. angelū, qui custodiebat Iudeos in Babylone dixisse, angelū qui custodiebat Persas restituisse illi viginti et uno diebus. Cū enī illis beatis angelis nondū voluntas Dei manifesta eset, angelus qui custodiebat Iudeos, volebat eos à Babylonis captiuitate eripere, quandoquidē aliqui ex Iudeis in gentium trahebantur idolatriam. Angelus vero gētiū custos Iudeos detineri volebat, quoniam aliqui ex gentibus ad veri Dei cultū adducebantur ex Iudeo rū cōsortio. Et ecce (inquit angelus Danieli) Michael vius de principibus primis venit in adiutoriū mibi. Et ad finē cap. dicit. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Micha el

el princeps vester. Constat ex his etiā verbis tunc Michaelē supremū custodem fuisse synagogae, qui & nunc vere existimatur præcipius esse ecclesiæ custos: quoniam dux fuit in cœlo eorum, qui pro honore diuino diabolo restiterunt. Qui igitur zelatus est honorē Dei summi in cœlo, huic etiā iure cōmittenda est custodia vniuersalis ecclesiæ: ut sit ipse dux populi Dei in terra, qui eius signifer in cœlo fuit. Porro angelorū nomina, cū dicimus Seraphinos, cherubinos, thronos, dominatioes, principatus, potestates, virtutes, archāgelos, āgelos: à sacra scriptura suscepimus. *Essai. cap. 6.* In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dñm sedentē super gelorum. Vixilifer Dei Michael. Nomina, 20-

soliū excelsum & eleuatū, & plena erat domus à maiestate eius, & ea quæ sub ipso erāt replebant tēplū. Seraphin stabat super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: Duabus velabat facie eius, & duabus velabat pedes eius, & duabus volabant: *Hoc est, diuinitatis notitia,* & verbi incarnati sacramentum celabant. Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. In eo autem quod ter sanctus proclamant semper beatissimæ trinitatis personas significant. Cum autem post trinam acclamationem dicunt, sanctus dominus Deus exercituum, unitatem diuinitatis confitentur. Habemus igitur Seraphinos, et hos supremos in ordinibus angelorum. Cherubin autem nominantur *Genes. cap. 3.* Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flāmeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ: *Et Exo. 25.* præcepit dominus Moysi: Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies ex vtrâque parte oraculi. Et, *ps. 17.* Ascendit super Cherubin & volavit. Et *Ezech. 28.* Tu Cherub extensus & protensus. Throni autem, principatus, dominationes, & potestates nominantur ab apostolo Paullo, ad *Colos. cap. pri.* vbi ait: Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia: siue Throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Porro virtutes *Matt. 24.* & *Marc. 11.* & *Luc. 21.* à domino eodem nomine appellantur. Inquit enim: Et virtutes cœlorū cōmouebuntur. Et beatus apostolus Petrus *pri. epist. cap. 3.* inquit: Profectus in cœlum, subiectus tibi angelis, & potestatibus, & virtutibus. De archāgelis autem meminit beatus apostolus Paulus *pri. ad Thessal. ca. 4.* inquit: Quoniam ipse dominus in ius suū & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Et beatus apostolus Iudas Thadæus in sua canonica inquit: Cum Michael Archangelus cū diabolo disputans alter caretur de Moysi corpore, & cæt. De angelis vero saepe in scriptura fit mētio: Dico enī vobis quia āgeli eorū in cœlo sēper videt faciē patris mei, *Matt. 18.* Et idem ca. 4 Ecce, inquit, angelii accesserūt, & ministrabāt ei. Et *Luc. pri.* Et dixit angelus ad eum: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deū. Et missus est angelus Gabriel à Deo. *Idem. 22. cap.* Apparuit autem angelus de cœlo confortans eum. Et *ps. 90.* Angelis suis mandauit de te, vt custodiāt te in oībus vijs tuis. Custodem autem angelū solus Christus dñs nō habuit, cum esset Dei verbū, & Deus cūcta gubernās atq; conseruans: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

TRACTATUS QVARTVS.

In XVIII. cap. beati Matthæi.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint alicui cētum oves, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nona

Sūj ginta

ginta nouē in mōtibus, & vadit q̄rere eā quæ errauit? Etsi cōtigerit vt inueniat eā: amē dico vobis, quia gaudebit super eā magis, quā super nonaginta nouē, quæ nō errauerunt. Sic nō est volūtas ap̄d patrē vestrū, qui in ccelis est, vt p̄reat v̄nus de pusillis istis. Hęc vltima dñi verba interptātur, & verū reddūt sensū his quæ præcedūt. Dicēs nāq̄ sic nō est volūtas ap̄d patrē vestrū, vt p̄reat v̄nus ex his pusillis, manifestat quare post illa verba, Dico enim vobis quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in ccelis est, addiderit id quod sequitur: Venit enim filius hominis saluare qđ perierat: Si ergo tantus dominī aduentus ad saluandos hos pusillos destinatur, opere pretiū est, vt eos non scandalizemus, nec illis ruinæ occasionē demus, Quippe qui apud Deum tantæ sint aestimationis, vt & illis angelos constituerit in custodiam. Quin & ipse dominus ob eorum salutem in mundum venerit. In idem recidit prædictæ parabolæ sensus de oue perdi ta. Si enim gregum pastor pro vna oue perdita, tantum laboris impedit, vt cæteris in caula relictis, circuniectos montes & vmas valles discurrat, quousq; illā inueniat: & plus afficitur gaudio pro illainuēta, quā pro nonaginta nouē quæ nō errauerūt: quanto magis verus pa stor Christus, uno pusillo qui errauerat inuento, nouo gaudio & noua exultatione exhalabitur in illa hora, plusquā de cæteris qui non errauerunt? Cōsultò dixi noua exultatio ne. & in illa hora plus lētari pastorem ob vñā inuentā ouē, quā ob nonaginta nouē in ouili clausas, ne quisquam præferat cōuersos peccatores iustis. Sed sic domini verba accipiāntur, quemadmodum dicitasunt. Quod manifestissime apud. Luc. cap. 15. explicatur: Cū enim dominus hac eadē proposita parabola concluderet: Dico vobis, quia ita gaudiū erit in cælo su per vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouē iustis, quinon indigent pœnitētia: subiungit ad horū verborū explanationē parabolā de filio prodigo. Is enī absūpta paterna substātia subulcus efficitur, qui tādē fame coælus in domū paternā redijt. Cui pater de eius salute lētus cōuiuū parat, & illū domesticus tripudiātibus excepit. Cū verò filius iustus, & qui nūquā patris iussa neglexerat, ex agro reuersus chorū audisset: Quid nā accidis set domesticos percunctatus, aiunt fratrem eius perditum aduenisse, omnemq; illā ob eius aduentū cælebrari lētitiam. Obstupuit iustus, & domū nolebat ingredi, & roganti patre rēpondit. Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuū præterini, & nunq; dedisti mihi hædum, vt cū amicis meis epularer: sed post quam filius tuus hic, qui denorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt (quasi dicat, tu mibi vnicē dilectuses, & omnia mea tua sunt, id est, potiora habens bona in domo mea) epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & renixit: perierat, & inuentus est. Cōtingit aliquando, vt etiam magnates seculi in seruorum nuptijs maiorem ostendāt lētitiam, quam in dilectijs simorum filiorum nuptijs. Nec ex hoc subinfertur plus illos diligere seruum quam filium, nec seruo potiora bona largiri, quam filio. Sic lētātur de conuersione peccatoris cœlestes ci ues. Sic lētatur Christus. Sic illa hora viget exultatio, plusquam de nonaginta nouem iustis. Porrò iustis dicitur, fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Postquam autē ostēdit dominus quantū auerti debeat scandała, quantoq; in precio apud eum est v̄nus pusillus, qui in illo credit, mox definit quid sit agendū ab ipsis pusillis, si quādo cōtigerit exaliorū pec catis scādalū pati: qđ supra dicitæ cōtinuo adnectitur sētētiae. Si aut̄, inquit, peccauerit in te

tefrater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsū solū: si te audierit lucratus eris
 frati ē tuū: si autē te non audierit, adhibe tecū adhuc vnū, vel duos; vt in ore du
 orū vel triū testiū stet omne verbū. Quod si nō audierit eos, dic ecclesiæ: si au
 té ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. In his verbis à dño
 datur præceptū de correctione fraternali, materia quidē latissima, quā paucis adnotatis per
 currā, quandoquidē petenda est diffusius à beato Thoma 2. 2. quæst. 33. & ab interpretib⁹
 collectoris sententiarū in 4. disti. 19. Aliiquid igitur simile reperitur in lege naturæ, cū Ge
 nes. 37. dicitur de patriarcha Ioseph: Accusauit qđ fratres suos apud patrē crimine pessimo. Si
 autē præcessit secretam onitio, scriptura nō cōmemorat, nisi forte publicū esset peccatū, quod
 nulla indiget monitione, sed vbi est cognitū statim venit denunciandū. Eccle. etiam 17. dis.
 citur. Et mādauit illis vnicuiqđ, de proximo suo. Non enim de eleemosynis dādis hic agitur,
 quæ alij locis præcipiūtur proximis exhiberi, sed de vitæ integritate, quandoquidem hæc
 precedunt verba: Et dicit illis: Attende ab omni iniquo, & mādauit illis vnicuiqđ, de pro
 ximo suo: hoc est, vnumquemqđ, adhortari proximum ad salutem animæ consequendam.
 Quod autem Ezechielis 3. & 33. dicitur: Si dicente me ad impium: Morte morieris, non
 annūcianueris ei, sanguinem eius de manu tua requiram: ad prædicatores & prælatos spe
 ët: necibi agitur de correptione fraternali. Hoc autem præceptum de correctione fraternali
 reducitur ad præceptum de proximi dilectione tanquam se ipsum. Nam proximum
 à peccatis reuocare tenemur, ne in ignem decidat sempiternum: si eum vere sicut nos ipsoſ
 diligimus. Reducitur etiam ad præceptū decalogi de honore parentū, ad quē referuntur ea
 quæ proximis tenemur impendere, quoniā id quod parētibus præcepto admonemur redde
 re, extēditur ad cæteros, quos tanquā nos diligere præcipimur. Est autē affirmatiū præ
 cepiū, prout ex verbis domini colligitur, cuius obligatio extēditur ad omne peccatū occultū
 non quidē præteritū, sed præsens, in quo proximus adhuc persistit, quē aliquis nouit peccare
 & perseverare. Tunc si quidē post occultā admonitionem, debet qui nouit, si peccās non emē
 datur, adhibere secū vnū vel duos testes. Cū dicit vnū: primum quidem vnus est adhibēdus,
 deinde duo: si monitus per corripiēntē & alterū non cessat peccare. Quis sanè testes non tātā
 obidinducuntur, vt corā illis peccās corripiatur: verū vt peccantē primō ipſi videant, deina
 de vt corā testibus ipſe corripiens illū exoret, ne in peccato persistat. Ideo dñs dicit: Vt in ore
 duorū vel triū testiū stet omne verbū, prout legitur Deut. cap. 19. Quod satis lucide inter
 pretatus est beatus Augustinus in regula cap. 3. dicens: Prius tamen est alteri vel tertio de
 monstrandum, vt duorū vel triū posset ore conuinci, & cōpetenti seueritate coerceri. Colligi
 turetia in eo quod dicit: Vt in ore duorū, vel triū testium stet omne verbū, quod ipſe corri
 pię, cū in delicto frater adhuc perseuerat, & ecclesiæ denūciatur, potest esse testis aduersus
 fratrē in peccato persistentē. Ad peccatorū autē occultorū denūciationē semper requiritur,
 quod vel rumor præcedat vel infamia publica, & in accusatione accusantis inscriptio. Ve
 rum enim uero de peccatis occultis, quæ secreto alicuius fidei cōmittuntur sub sigillo secreti
 naturalis, non sunt adhibendi testes, quandoquidem id prælato vel iudici inquirenti non te
 nor manifestare. Non enim ita scio, quod meæ fidei commissum est sub sigillo secreti vel
 iuramenti, vt à me propalari posse, eo modo quo ille inquirit. Siquidem præter ordinē iuris
 interrogat iudex de occultis. Excipiūtur peccata, quæ sunt in dispēdiū fidei, vel in perniciē
 reipubli

Correctio fra
terna.In lege scrip
ture.

reipublicæ, seu alicuius priuatae personæ extincione: cuius sunt generis hæretici, diuinatores, incatatores, fascinatores, proditores patriæ, regū, & prælatorū, & falsæ monetæ excusores, siue alicuius occisores. Nam quā primū quis eos resciuerit, tenetur prælatis & magistratibus in dicare. Occisores autē dixi, non qui iā hominē occiderunt, sed qui occidere volūt, & ad homicidiū perpetrandū, oportūnū tempus expectant. Nā si ille qui iam occidit hominē, mibi secretū suū pandat sub iuramento vel secreto, non teneor manifestare. A correctio-
nis fraternæ præcepto excusantur illi, qui certo sciūt se nihil proficere, quinimo et obesse pro-
babiliter sibi videtur, quoniam corruptus frater non sic melior efficietur: imò peior redditur,
indignabitur, & obdurabitur. Nā dominus ait, si te audierit, lucratus eris fratrem tuū. Si
verò frater non sit lucrandus, non est iā locus correctioni fraternæ, quæ tantū est de occul-
tis. Nā de cōmīssis publicis nulla est fraterna correctio adhibēda, quia ista sunt denunciāda.
Si autē hæc occulta quænon admittūt correptionē fraternā, quādo frater non lucratur, quin
imò eo peior redditur, possint prælato denunciari secretissime, ut adhibeat peccati medica-
mentū salubre tanquā pater, non tanquā index, non temerè definiēdū est. Quanquā posse
fieri reor, si prælatus sit doctus, prudēs, & timoratus: si res indicata nō ad eū pertineat, vel
ad aliquos sibi sanguine seu amicitia coniunctos: si deniq; sit expertus secretis magno secreto
mederi, alias Christo cōmittatur: cui cū patre & Sp̄scō est honor, gloria, et imperiū. Amē.

TRACTATVS SECUNDVS.

In XVIII. cap. beati Matth.

Excommuni-
catio.

Vide quāta autoritate sancta mater ecclesia excommunicationibus agat in incorrigibiles.
Quī enim dominus dixisset: Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus &
publicanus, quibus nefas est associari: cōsequenter addit: Amen dico vobis, quæcūq;
alligaueritis super terrā, erūt ligata & in cœlo: & quæcūq; solueritis super ter-
rā, erūt soluta & in cœlo. Si autē dominus in his verbis tantū apostolis omnibus claves
ligādi atq; soluendi sp̄pōderit, an exhibuerit, nō facile iudicatur. Non vtq; ait quemadmo-
dū Petro: Tibi dabo claves regni cœlorū. Hęc Petri claves excellētiæ super omnes, his predi-
ctis verbis promittuntur, quæ post resurrectionē exhibentur, cū dominus ter illi dixit: Dili-
gis me plus bis? pasce agnos meos, pasce agnos meos, pasce oves meas. Apostolis verò non dici-
tur: Vobis dabo, vt quæcūq; alligaueritis super terrā, sint ligata in cœlo: & quæcūq; solue-
riis, sint soluta. Ceterū dicit: Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus. Ecce ligatū, se-
quitur proxime: Amen dico vobis, quæcūq; alligaueritis super terrā, erunt ligata & in cœlo:
& quæcūq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo. Porrò cū post resurrectionem
dominus dicat discipulis, insufflans in illos: Accipite Spiritū sanctū, quorum remiseritis pec-
cata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt, prout refert beatus Ioannes cap.
20. pro indubitate habendum est, dominum sp̄pōndisse nūc claves apostolis ligandi atq; sol-
uendi, quas post resurrectionem illis exhibuit, insufflans & dicens: Accipite Spiritum san-
ctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.

Sacramētum
confessionis.

Huc inestimabile sacramentum confessionis apertissimis verbis dominus instituit, di-
ceus: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quo-
rum retinueritis retenta sunt: Nemo enim potest soluere vel ligare nodum, quem
non videt. Oportet igitur si tu nodum ligandum vel retinendum alicui offeras, vt nodum
illius

illante oculos ponas. Cæcus & non videns & equiparantur. Si alicuius occipiti ponas nodū, & dicas solue, vel fortius constringe: summo tibi iure respondebit, ante oculos profer nodū, & tunc si possim soluere nec ne, tibi ostendā. Quæ quidē ita perspicua sunt, ut à nemine pos-
sunt tergiversari. Nūc ergo aduerte dominū dicentem: Accipite Spiritū sanctū, quorū re-
miseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis retēta sunt. Quomodo potest sacer-
dos soluere vel retinere peccatū, quod nescit? Ergo necessariū est peccatores sacerdotibus pec-
catam manifestare, ut illis discussis possit proferri absolutionis vel retētionis iudicū: admodūq;
heretice dicitur, quod sufficit, si quis se peccatorē faretur, absq; particulari peccatorū enumera-
tione. Ut enim non sufficit, qui aduersus alterū in iuditio agit, ita iudicē alioqui: Ego dñe
habeo causam aduersus istū, nisi ipsius cause statū indicet, & quibus argumētis vñatur ad
eandē causam probandā, & referat testimoniū nomina: ita non sufficit corā sacerdote dicere: Ego
sum peccator: quandoquidē dominus præcipit potestatē soluēndi & retinēndi peccatū. Quod
enīm oī ceci heretici proferre iudicium sacerdos poterit: cui non dicitur tantum, solue: sed
solue, vel retine. Quomodo, inquam, sciat, an debeat soluere vel retinere peccantem, cuius
causam ignorat originem, & circumstantias? Non ergo inficeris, quisquis cæcus Lutheran-
us es, sacramentum confessionis, his verbis à domino institutum: Accipite, inquit, spiritū
sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt,
Ioa. 20. Nō enim frustra datur spiritus sanctus: non frustra diuino anhelitu in discipulos
insufflat Iesu: nō frustra verba omni estimatione maiora profert, quibus sacramentū confes-
sionis instituit: Quorū remiseritis, inquit, peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis re-
tentā sunt. Necessariū ergo est, ut peccator minutissime referat peccata singula proprio sa-
cerdoti, & ante oculos & aures eius exponat quæcumq; cōmisit scelerā: quatenus possit sacer-
dos iuxta præceptū domini proferre iudicū solutionis vel retētionis: alioqui cæcus male de-
coloribus iudicaret. Ita oīm in leprosis huius sacramenti mysteriū designabatur, cū inter cæ-
teros morbos, qui medicorū arbitrio relinquuntur, sola lepra sacerdotibus ostendi præcipitur.
Quos dominus constituit iudices, tā ipsius infirmitatis, quā leprosorū salutis. Iudicio siquidē
sacerdos separatur leprosus, & ipsius iudicio num sit à lepra mundatus, & in consortiū ho-
minū admittendus, statut. Itaq; retētio & solutio lepræ à sacerdotis iuditio pendet. Sic legi-
mus Leui. 13. Locutus est dñs ad Moysēm & Aarō, dices: Homo in cuius cute & carne
orū fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucēs quidpiā, id est, plaga lepræ adducetur
ad Aarō, vel ad unū quilibet filiorū eius. Traditur deinde lepræ cognitio, tūc sequitur: Et
ad arbitriū eius separabitur. Rurſū in eodē cap. repetitur: Videbit eos sacerdos, considerabit
eā sacerdos. Cap. autē 14. legitur: Locutus q; est dominus ad Moysēm, dices: Hic est ritus le-
prosi quādo mundādus est, adducetur ad sacerdotē. Similiter & dominus cū leprosum mū-
dauerat supra cap. 8. præcepit illi: Vade & ostēde te sacerdoti. Deniq; præcepit, prout habe-
tur apud beatū Luc. cap. 17. de ē leprosis, quos mūdauit: Ite ostēdite vos sacerdotib;. Nūc
autē in novo testamēto & lege gratiæ dominus præcipit peccata minutissime ostēdis sacerdo-
tibus, cū illis dicit: Quorū remiseritis peccata remittuntur eis, & quorū retinueritis retenta
sunt: ut ipsi iudicēt an sint vestra pēlā retinēda, vel soluēda. Frustra enim daretur potestas
sacerdotibus ligādi atq; soluēdi, nisi ad esset materia quæ soluēda esset vel retinēda. H. ecce-
mota, peccator est: propinquā vero, sunt ipsa pēlā. Porrò aduertēdū est adeo sacramētū pēni-
tentiae

tentia à Christo domino institutū esse, quod ab initio peccantis protoplasti semper fuerit alii quo modo indicta pénitentia. Sic enim Adamo dicitur: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hæc pæna peccati, pénitentia utique ipsius perpetrati sceleris est. Et quomodo mundatus sit à peccato suo Sapientia dicit cap. 10. loquens de sapientia: Hæc illū qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarū, cum solus esset creatus, custodiuit, et eduxit illū à delicto suo. In lege autem scripturæ quædā protestatio cū pénitentia pro peccatis agebatur, qua iā in specie peccata manifestabatur. Sic nāq. Læt. cap. 5. dicitur: Anima quæ iurauerit, et prouulerit labijs suis, ut vel male quid faceret vel bene, et non fecerit, et id ipsū iuramento et sermone firmaverit, oblitusq. postea intellexerit delictū suū, agat pénitentiā pro peccato, et offerat de gribus agnī sine caprā, orabitq. pro eo sacerdos, et pro peccatis eius. Per hanc oblationē, quæ in lege scripta erat, peccatum iuramenti per obliuionē non obseruati à sacerdote cognoscebatur. Et eodem libro cap. 16. de capro emissario: posita super caput eius sacerdos, utraq. manu confiteantur omnes iniquitates filiorū Israel. Ecce generalis confessio peccatorū. Viri Niniuitæ non habentes legē scriptā sed naturalem, pénitentiā egérunt, inquit dominus, prout refert beatus Matthæus supradicatus cap. 12. in prædicatione Iona. Et Iob. cap. 21. Audite quæ sermones meos, et agite pénitentiā. Et Sapientiae 11. Misericordia omnium, qui omnia potes: et disimulas peccata hominū, propter pénitentiā. Quid immoramus? Pénitentiā agite, et appropinquabit regnum cœlorū, inquit dominus. Hæc eadem dicebat beatus Ioannes baptista. Et Luc. 24. inquit Christus: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christū pati, et resurgere à mortuis tertia die, et prædicari in nomine eius pénitentiā, et remissionē peccatorū in omnes gentes. Et beatus Petrus Acto. 2. interrogatis ex Iudeis plurimis, quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos: Pénitentiā agite, et baptizetur unusquisque vestrum. Idem alijs dixit Acto. 3. Pénitemini enim et couertimini, ut deleantur peccata vestra. Apud Ephesum autem, prout habetur Acto. 19. cū ad esset beatus Paulus, dicit scriptura: Multiq. credētiū veniebāt, cōfidentes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerūt curiosi sectati, cōculerunt libros et cōbusserunt eos corā omnibus, et cōputatis precijs illorū, inuenierunt pecuniam denariorū quinq̄ m̄ta milliū. Ecce ut cōburuntur libri Ephesiorū. Cōburantur ergo libri hæreticorū. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, et orate pro inuicē, ut saluemini. De presbyteris ecclesiæ tantū agit, quibus audire cōfessiones, et orare pro populo ex officio incubit. Ait nāq.: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, et orēt pro eo, vngētes eū oleo in nomine domini. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, hoc est vos infirmi sacerdotibus, de quibus fit mētio et non alijs. Atqui sacramentū confessionis à Christo domino institutū satis manifestatur, cū dicitur: Accipite Spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorū retinueritis reteca sunt. Quod promittitur hisce verbis: Amen dico vobis, quæcumq; alligaueritis super terrā, erunt ligata et in cœlo, et quecumq; solueritis super terrā, erunt soluta et in cœlo. Sed Lutherani quemadmodū et pseudoprophetæ Iudeorū non aperint per cōfessionem peccata populi sui decepti, ut eū ad pénitentiam prouocent. Prophetae tui

Libri hæreti-
corum cōbu-
tendit.
tebantur illi prauos suos actus, cōfitemur et nos sacerdotibus iuxta præceptū domini, pec-
cata nostra. Quod manifestissimis verbis insinuat beatus apostolus Iacobus in sua canonica
cap. vlt. Cū enim presbyteri ecclesiæ diceret orare oportere pro infirmis ait: Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, et orate pro inuicē, ut saluemini. De presbyteris ecclesiæ tan-
tū agit, quibus audire cōfessiones, et orare pro populo ex officio incubit. Ait nāq.: Infirmatur
quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, et orēt pro eo, vngētes eū oleo in nomine do-
mini. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, hoc est vos infirmi sacerdotibus, de quibus
fit mētio et non alijs. Atqui sacramentū confessionis à Christo domino institutū satis mani-
festatur, cū dicitur: Accipite Spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: et
quorū retinueritis reteca sunt. Quod promittitur hisce verbis: Amen dico vobis, quæcumq;
alligaueritis super terrā, erunt ligata et in cœlo, et quecumq; solueritis super terrā, erunt
soluta et in cœlo. Sed Lutherani quemadmodū et pseudoprophetæ Iudeorū non aperint
per cōfessionem peccata populi sui decepti, ut eū ad pénitentiam prouocent. Prophetae tui

(inquit Hieremias Threnoru 2. cap.) viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniq[ue]ta
tem tuā, ut te ad p[ro]nūtientiā prouocarent. Habet namq[ue] sacramentalis p[ro]nūtientia tres inte-
grales partes: nempe, cordis contritionē, alias effet f[ac]ta: & oris confessionē, & satisfaciōne
principiū in iunctam à sacerdote & à p[ro]nūtente admīssam. Sacerdos autē eodem dīnino iurc,
quo Christus præcipit confessionem, tenetur peccata celare, nec potest detegere ex confessio-
ne notū, quamvis omnis euertatur mundus, & si mille oporteat ob id futore supplicia, & po-
stremo mori. H[ec]c namq[ue] est domini nostri Iesu Christi institutio, hoc & saluberrimū sacra-
mentū: cui cū patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.

TRACTATUS SEXTVS.

In XVIII. cap. beati Matthei.

DE ministro sacramenti confessionis oportet agere, post quā de ipso sacramento p[ro]nūtē Sacerdos
duae locuti sumus, iuxta sententiā verborū domini. Amendico vobis, quęcunq[ue];
alligaueritis super terrā, erunt ligata & in cœlis: & quęcunq[ue] solueritis super
terrā, erunt soluta & in cœlis. Minister autem omniū sacramentorum cum sit sacerdos,
de ipso sacerdotio, primū differendū est, deinde de omnibus sacramentis per illū administrā-
dis. Nec mihi suppetunt verba de sacerdotio, disserturo, siquidē Lutherani sacerdotiū abne-
gant: quin & omnes homines sacerdotis posse officio fungi dicere non verentur. In quas igi-
tur non isti decidant errorū myriades, qui tam ingenti occupati mentis caligine, sacerdotiū
negant? cū in omnibus gentibus sint sacerdotes diuino cultui, per quē expectatur animarū
salus, destinati. An non idololatræ seper habuerunt suos sacerdotes, qui victimas & holocau-
sticodolis offerrent? Nonne huius rei omnis orbis est testis, & ipsa martyrum vulnera? Legi-
mus in Actis apostolorū cap. 14 cū Lystris beatus apostolus Paulus claudū sanaret: sacerdo-
te Iouis, qui erat ante ciuitatē, tauros & coronas ante ianuas afferentē voluisse sacrificare.
Habet sacerdotes Iupiter: & Deus verius non habebit eos, ita si Deo placet Lutheranis sta-
tuentibus? Apud Turcas, Saracenos, & quosvis etiā barbaros non desunt homines impys-
eorū sacrī destinati, quos sacerdotes appellant & venerantur: & verus ipse Deus carebit il-
lis, quos nec ullo honore dignos existimabimus, quoniā sic Lutheranis placet? Cæterum ijs
omnibus, quibus attestatur vniuersus orbis, sacræ scripturæ accedit authoritas: prius tamē
disiectis tenebris, quibus nituntur falso Lutherani. Ait nāq[ue] beatus Petrus 1. Epi. 2. cap.
Vos autē genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis. Hoc de vniuer-
sis Christianis prædicat beatus Petrus. Propterea vero quod omnibus Christianis loquitur, sunt
singula singulis referenda? Quemadmodū autē non omnes sunt sancti, nec omnes reges in ac-
quisitione perseverāt, sic nec omnes sunt sacerdotes. Simile dixerat dominus Iudeis ab Ä-
gypto redētibus, Exodi 19. Vos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gens sancta. Nec ta-
men omnes reges, nec omnes sacerdotes fuisse constat. Q[uod] sic accipiendum est, quoniam ex
eis deuentur userat Christus verus rex, & sacerdos. Habuerunt igitur regnum & legale
sacerdotium: quæ omnia illis in figura contingebant. Quod autem ait regale sacerdotium,
ad discriminē sacerdotis dicit. Quoniam Christianorum sacerdotium non est offerentis
um sanguinem hircorum aut vitulorum, sed offerentium corpus & sanguinem Christi.
Dicitur autem regale, quoniam Christus dominus qui est sacerdos in æternū secundum or-
dinem Melchisedec, rex est regum & dominus dominantiū. Quem sic vocat beatus apostolus

lus Paulus pri. Timot. 6. vt serues mandatū sine macula, irreprehensibile usq; in aduentū
 domini Iesu Christi: quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum &
 minus dominantium. Et beatus Iohannes in Apocal. cap. 16. Agnus vincet illos, quoniam do-
 minus dominorū est, & rex regum. Et iterum cap. 19. ait: Et habet in vestimento, & in
 femore suo scriptū, rex regum & dominus dominantiū. Sacerdotium Christi, sacerdotium
 regale est, non legale: in cuius etiam quod præcessit in figura sacrificiū, per regem & sacerdo-
 tem fuit ministeriū, prout habetur Genes. 14. At verò Melchisedec rex Salem, proferēs pa-
 nem & vinū (erat enim sacerdos Dei altissimi) b; nedixit ei, & cæt. Eò igitur, dicit beatus
 Petrus in ecclesia esse regale sacerdotiū. Nec enim ait: Vos omnes estis sacerdotes: sed vos
 estis, hoc est, in vobis est regale sacerdotium, ad differentiam legalis, de quo David diuina
 oracula ait, psal. 109. Iurauit dominus & non pœnitabit eum: Tu es sacerdos in æternum
 secundum ordinem Melchisedec. Eadem ratione diluitur nebula alia, quam Lutherani fin-
 gunt ex illa autoritate Apocal. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Nam
 quemadmodum non omnes sunt reges, sic nec omnes sacerdotes. Hæc autem Lutheranorum
 segmenta, alio etiam modo dissipantur: quoniam scriptura aliquando primarios & ma-
 gnates sacerdotes vocat: non eò quod sacerdotio ad offerendas hostiis Deo fungantur, vt est
 illud 2. Regum 8. vbi legitur: Filii autem David sacerdotes erant. Qui cum non essent de
 genere Aaron, & tribu Leui, non erant officio sacerdotes, Deo sacrificia offerentes: sed an-
 te regem primi. Quemadmodum lucidioribus verbis pri. Para. cap. 18. refertur: Porro siq; David primi ad manum regis. Adeundem modum, cum plebs Christiana regale sacerdotiū
 dicitur: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes: hoc est, inter omnes gentes præ-
 cipuos & primos constitisti. Cæterum hæc clarius intuebitur, cum omnis scriptura suos
 constituat sacerdotes & pontifices, ab omni plebe discretos sacra vñctione, & vestibus etiam
 distinctos à cæteris eiusdem generis gentibus. In lege naturæ occurrit nobis Noe, Genes.
 cap. 6. qui solus dicitur erexisse altare domino, & sacrificium ei obtulisse, cum primum
 egredieretur de arca peracto diluvio. Quippe tres habuit filios Noe, nec illos scriptura co-
 memorat tūc sacrificasse. Solus Noe altare erexit, solus sacrificium offert, odoratusq; est do-
 minus odorem suavitatis: solus Melchisedec legitur obtulisse panem & vīnū. Quare autem
 ipse potius obtulerit quā alijs, continuo denotat scriptura, dicens Genes. 14. Erat enim sacer-
 dos Dei altissimi: Cui Abrahā in signū sacerdotalis officij obtulit decimas ex omnibus. Satis
 manifestū oraculum sacerdotū Christi: & quēadnodū ex populi decimis sacerdotes erāt alē-
 di. Et beatus Dionysius in lib. de Eccle. Hierar. de pōtificib; & sacerdotib; plura tractat.
 Et beatus Cyprianus in sermone de ablutione pedū, non iterādū sacrū ordine confirmat, di-
 cens: Nemo sacros ordines semel datos iterū renouat. Quā primū enim Deus populū suū sibi
 coadunare voluit, Exo. 28. ait: Applica quoq; ad te Aarō fratrē tuūcū filijs suis, de medio fi-
 liorū Israel, vt sacerdotio fungātur mibi. Faciesq; vestē sanctā Aarō fratri tuo in gloriā &
 decorē. Et prosequitur dñs ornatū sumi sacerdotis, ore proprio illū administrandū sacra co-
 ponēs. Et in sequenti cap. 29. ait: Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aarō
 vestimentis suis, idest linea & tunica, & super humerali & rationali, quod constringes bal-
 theo: & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum vñctionis
 fundes super caput eius. Filios quoq; illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; bal-
 theo,

theo, Aaron, scilicet, & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam iniciaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonijs. Deinceps vero in sequentibus duobus capitulis altare praecipit sanctificari, & vnguento vngi. Adeo autem dominus zelatus est sacerdotium Aaron: quod Core & congregationem eius, cum ex tribu Leui esset, degge eorum numero, qui seruiebat in tabernaculo domini: non tamen sacerdotes ad offerendū incensum, flama incendit, nempe ducentos & quinqua ginta, qui ex eis habebant thuribula sumigantia: & ceteros viuens absorbit terra, prout legitur Nam. cap. 16. Vnde & beatus apostolus Paulus ad Hebreos cap. 7. ex translatione sacerdotij legalis in regale Christi sacerdotium, secundum ordinem Melchisedec, insert legis veteris translationem, & legis euangelicae institutionem. Ait namque: Si ergo consumatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. Cum autem tot sint de sacerdotio Leuitico dicta, & in veteri lege dominus habuerit sacerdotes, & alios principes sacerdotum, & tandem unum supremum: Lutherani quomodo euadent negantes sacerdotium in novo testamento, secundum ordinem Melchisedec? Verum enim uero dominus sacerdotes instituit, & eorum principes, atque unum supremum beatum Petrum, cum illi praeceteris claves regni celorum promisit: quas ei tradidit excellenter super omnes Ioa. vlt. ter repetens: Simon Ioannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos. Pasce agnos meos. Pasce oves meas. Ceteris autem apostolis non omnibus Christianis dicit: Amen dico vobis, quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in celo: & quaecunque solueritis super terram erunt soluta & in celis. Et cum ipsa potestas exhibeatur Iohannis 20. solis tantum discipulis dicitur: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Denique, cum potestas consecrandi corpus Christi verum, in ultima cena dominus in sui memoria fieri precepisset, solis discipulis dicitur: Hoc facite in meam commemorationem. Constat igitur sacerdotium, sacrum ordinem, peculia re quid esse ad sacrificium offerendum corporis domini, & ad remittendum vel retinendum peccata. Potestatem igitur habent super corpus Christi verum in ultima cena concessa, & etiam potestatem super corpus Christi mysticum in collatione clavum tradita. Quod sic interpretatur beatus apostolus Paulus ad Timot. pri. cap. 4. quem Ephesiorum antistitem constituerat. Ait enim: Noli negligere gratiam quam in te est, quam data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. Et cap. 5. de ceteris presbyteris ait: Qui bene praesunt presbyteri, duplice honore digni habeantur, maxime quilibet laborant in verbo & doctrina. Et iterum: Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duabus aut tribus testimonibus. Ecce sacerdotes inferiores. Ecce Timotheum episcopum, apud quem eorum causae referantur. Quod autem iterum repetit Tito, dicens: Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Hic maxime videtur agere de episcopis super singulas ciuitates constitutis: eo quod statim adiecit: Oportet episcopum sine criminibus esse. Et ad Timot. pri. cap. 3. huius nominis episcopi meminit, dicens: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Et Actorum 20. A Mileto mittens Epesum, vocauit maiores naon ecclesiae, & inter cetera dixit episcopis: Attende vobis & universo gregi, in quo vos spes sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisierit sanguine suo. Ecce ideo.

Sequitur

Sequitur autem: Ego scio, quoniam intrabūt post discesionem meam, lupi rapaces, non parcentes gregi. Ecce subditos, ecce gregem, ecce pastores, ecce episcopos, ecce sacerdotes, ecce populum. Et ad Hebræos cap. vlt. obedientiam commendans, quam populus habere oportet ad sacerdotes, inquit: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim per uigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gemētes. Habeimus igitur sacerdotium satis per omnem scripturam ostensum à Christo domino institutum, & sacerdotibus datam super corpus Christi verum consecrandi potestatem, & super mysticum ligandi atq[ue] soluendi autoritatem. Iesu Christo sit honor, gloria, & imperium cū patre & Spiritu sancto in æternum. Amen.

TRACTATVS SEPTIMVS.

In XVIII. cap. beati Matthæi.

Diuinissimi sacramenti eucharistiae sacerdos primum minister ordinatur ab episcopo, cum illi iam oleo sancto vñctis manibus, calix cum vino & aqua, & patena cum hostia tangenda traduntur, dicens: Accipe potestatem offerre sacrificiū Deo, missasq[ue] celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine domini. Necessarium quippe omnino est, in perfectissima lege gratiae sacrificiū haberī, quod bona gratia nominetur: id enim sonat Eucharistia. Nam in optimâ lege optimum decet sacrificium Deo offerri. Et quidem hoc optimum est, in quo corpus Christi continetur. Nam postquam Christus dominus se obtulit in ara crucis Deo patri pro nobis, pri. Petri 3. Quia, inquit, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: quod nam sacrificium Deo offerri poterat, præter illud supremum & excellentissimum, quod iam illi in cruce oblatum fuerat? Non enim amplius poterat legis Moysi abolitæ sacrificia offerri, quæ omnia Christum attestabantur genus humanū per sanguinem redempturum. Quemadmodum & beatus apostolus Paulus ostendit in epistola ad Hebræos cap. 9. dicens: Sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostijs, quam istis. Et cap. 7. Nihil enim ad perfectū adduxit lex: introducō vero melioris sp̄ei, per quam proxinamus ad Deum. Et quantum est non sine iure iurando, alijs quidem sine iure iurando sacerdotes facti sunt: hic autem cū iure iurando per eum, qui dixit ad illum: Iuranit dominus & non pœnitabit eum: tu es sacerdos in æternum. Tale igitur sacrificium Deo offerri oportebat, quod iam non portenderetur Christum in carne venturum, & sanguine suo orbem redempturū, sed quo manifestaretur in carne venisse, & pro redemptione nostra sanguinem suum inestimabile pretium, Deo patri in ara crucis effusum obtulisse. Quijsquā benedictus animaduertet, nunquam fuisse legem sine sacrificio, (siquidem per sacrificium Deo debitum obsequium reddimus, & illius diuinitati testimonium ferimus, & necessarium cultum impeditus) profecto manifestè intelliget sacrificium necessarium esse in lege gratiae, nec alind reperiet, quod legi gratiae sit magis congruum, & Deo pro nobis semel oblato dignum, præter quam quod tenet sancta mater ecclesia corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. In omni autem lege sacrificium Deo oblatum est: nec vñquam lex aliqua fuit sine sacrificio.

In omni lege naturæ vouerat offerre Abel iustus primogenita gregū, prout habetur Genes. cap. sacrificium. 4. Factumq[ue] est post multos dies, vt etiā Cain offerret de fructibus terræ munera domino.

Abel

Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum. Quis quæso docuit eos dño offerre munera? offerre Abel sacrificia? Vides igitur lege naturæ hosce primos homines in Dei cultū munera & sacrificia offerentes. Vnde ergo hæretice affirmare audes nunqja sacrificiū in ecclesia catholica extitisse? Post diluuiū Noë altare excitat, offertque de animalibus mundis sacrificiū Deo. Quis illi præcepit offerre animalia & volatilia munda? Quis illi erigeret altare iussit? Et odoratus est dominus (inquit scriptura) odorē suavitatis. Vnde ergo hæretice somniasti nō habuisse vñquam ecclesiam catholicam sacrificium? Offert Melchisēdec panē & vinum domino pro Abrahā, erat enim sacerdos Dei altissimi: & Abrahā illi offers decimas omniū. Vnde ergo hæretice eò impudetiæ uectus es, vt affimes ecclesiā catholica semper sacrificio destitutā? Silegē scriptā euolua, totā sacrificijs repletam inuenies: sacrificiū mane, sacrificium vespere, sacrificiū in sabbato, sacrificium in calēdis, in pascha, sacrificiū in Pentecoste, sacrificiū in festo tubarum, sacrificiū in festo expiationis, sacrificiū in festo tabernaculorū. In Numeris hæc habetur cap. 28. & 29. præter sacrificiū pro peccatis sacerdotū, principum, & totius populi, de quibus habetur mentio Leui.ca. 4. & illa oblatio solennis capri emissary, Leui. 16. et illa de vaccarufa, Nu. 19. Ne dicas ergo hæretice nū quā habuisse ecclesiam catholicā sacrificiū. Hoc enim esset detrahere legi gratiæ, & ea statuere inferiorē lege Moysaica & naturali: nec haberi vnde cultū Deo debitū reddat sacro sancta mater ecclesia, quæ supra firmā petram est ædificata, & in cuius sacrificij monumētu tot in lege naturæ & scripta sacrificia præcesserūt. Ceterū quibus verbis referā illud admirabile testimoniuū legis, quo sanctissimi corporis dñi nostri Iesu Christi sacrificiū in eucharistia cōtentiprefiguratur, planè ignoro: tamē sufficiat dicere, & si minus quā pro rei dignitate dicatur. Volens ergo altissimus sacrificium corporis vñci filii sui in mundum venturū in omnilege quæ præcesserat designare, & lineis certissimis præfigurari (quatenus ostenderetur certissime sub speciebus panis & vini, corpus eius & sanguinem cōtineri) elegit in lege naturæ Melchisēdec regē & sacerdotem: qui non agnorū sanguinem & adipē, velut Abel, sed panem & vinum domino in sacrificiū offerret. Etiā in lege Moysi cuius ōnia sacrificia per animaliū sanguinem perficiebantur, in typum sanguinis Christi, qui in cruce effudendus erat, voluit dñs sacrificium corporis Christi in eucharistia contenti mirabiliter præsignare. Præcepitque Moysi facere mensam de lignis sethin, deauratā auro mundissimo, & per circuitum habentē labiū aureū. Et pones, inquit, super mensam panes propositionis in cōspectu meo semper. Hæc habentur Exo.ca. 25. quod in Leui.cap. 24. expressius explicatur, dicente domino Moysi: Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habent duas decimas: quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monumentū oblationis domini. Per singula sabbata mutabuntur coram dño, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno, erūtque. Aarō & filiorū eius, vt comedat eos in loco sancto, quia sanctū sanctorū est de sacrificijs dñi iure perpetuo. In omnibus his verbis manifestū exemplar sanctissimi sacramenti corporis domini habetur. Mensa altare est, & ea eligitur mundissima. Panes propositionis, sanctissimū sacramentum designant, qui super mensam statuuntur, quoniam in altari dominico eius corporis offertur, & pro infirmis adseruatur. Thus lucidissimum superponitur, adstruendum diuinitatē Iesu in ipso sanctissimo sacramento contineri. Quandoquidem thus à regibus in

dinitatis testimoniu[m] in cunabulis posito domino oblatu[m] est: & thus præcipitur concremari per Aaron manu[m] & vespere coram domino, Exo. 30. cap. Quod autem ait, ut sit panis in monumentu oblationis domini, luce clarus manifestatur. Panes istos propositionis præseferet typu[m] oblationis, quā in ultima cena dñs sui sacratissimi corporis & sanguinis facturuse erat. Quod autem panes semper sunt super mensam, denotat sanctissimum sacramentum continuo in ecclesia adseruandum, & per singula sabbata nouum conficiendu[m]. Quod autem a sacerdotibus edipræcipitur, missam designat, quā celebrant sacerdotes. Quod autem dicitur de sacrificijs legis hoc esse sanctum sanctorū, plane ostendit sanctū sanctorū dominū in eucharistia mirabilis sacramento in cuius præcedebat figuram contineri, & sacrificiū esse omnium excellentissimū. Ceterum subcinericus ille panis, in cuius virtute ambulauit H[elias] quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq[ue] ad monte Dei, ab angelo illi adductus, 3. Reg. 19. hoc idem significabat. Idem Manna Iudeis datum Exo. 16. cap. Illud autem somniū, quod in revelatione futuræ victoriae per Gedeonem, factū est cūdam Israēlitæ, Iudicum. 7. idē quodam præfigi signo portendebat. Vidi (inquit ille) somnum, & videbatur mibi quasi subcinericus panis exchorde volui, & in castra Madian descendere. Cūq[ue] peruenissent ad tabernaculum, percussit illud, atq[ue] subuertit, & terræ funditus coequaluit. Respōdit verò iscuilus quebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israel. Sufficeret vtq[ue] tot ostendisse huius sanctissimi sacramentis figurās, totq[ue] sacrificia in lege naturæ & scripta men ut veritas lucidius manifestetur, ipsique hæretici confusi abeant, adhuc prophetarū oracula dignissima discutiamus. David ps. 22. ait: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Quis unquam conspexit mensam in inimicos armata[m], domini excepta mensa salutaris in qua eius corpus sacratissimum sumitur, & sanguis potatur. Haec enim dæmonibus terribilis est, carnem domat, subiectū sub pedibus manducantū mundum, omnemque animæ hostē. Profecto ciborum carnalium mensa haud quaquam potest à tribulatione eripere, neque hostes supprimere: altare verò in quo offertur domini corpus, mensa est aduersus omnes hostes, qui tribulant nos. Eode corde præfigo ps. 41. ait: Fuerūt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mibi quotidie: ubi est Deus tuus? Haec recordat sū, & effudi in me āiam mēam, quoniā transibo in locum tabernaculi admirabilis usq[ue] ad dominum Dei. Quomodo verò transibit in dominum Dei, & quomodo ibi Deum suum inueniet, continuo pronunciat dicens: In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Qui epulatur, non cātat, nisi sacerdos: dum sacrificium solenne domino offert corporis & sanguinis domini. Idem ps. 109. de Christo dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Et ps. 115. Quid retribuā dño, pro oībusque retribuit mibi: calice salutaris accipiā, & nomē domini inuocabo. Et ps. 110. Memoriam fecit mirabilū suorū, misericors & miserator dñs, escam dedit timentibus se. Haec est escat imentiū Deū, quæ in eius memoria præcipitur sumi. Hic calix gratiarum actionis, corpus scilicet & sanguis Christi quod in diuinissimo sacramento continetur. Prophetæ enim Zacharias cap. 9. postquam dominum in paupertate venturum vaticinatus est, & regem illum futurum & in sanguine testamenti edeturū vincētos cocludit, dicēs. Quid enim bonū eius est, & quid pulchrū eius, nisi frumentū electorum, & vinum germinans virginēs? Quid autem existimari potest frumentū electorum, bonum & pulchrum eius, præter sanctissimum corpus eius? quod est bonū eius & pul-

chrūm

chrum eius, quod sub panis speciebus cibus est electorū. Atqui vinū facies castos, quis vñq
vidit? cum apostolus dicat: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; præter vinū istud, sub cu
ius tantū speciebus sanguis dñi continetur. Quod si Dauidē Zachariæ addamus idē lucidi
us intuebimur. Ait namq; ps. 22. Et calix meus inebriās, quā præclarus est. Hic calix su
mentes ex eo reddit castos, quoniam præclarus est: & inebriās, qđ à corporeis & terrenis reb
sumentes alienos reddit. Hoc sacrificium, Malachias propheta diuino spū afflatuſ, attestat
ur dño nimis valde acceptū, vt pote mūdissimū, in q; omnē terrarū orbē offerendū, ca. pri. di
cens: Ad vos o sacerdotes, qui despiciatis nōmē meū, & dixistis: In quo despeximus nōmē tu
um? Offertis super altare meū panē pollutū, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis,
mensa dñi despecta est. Si offeratis cæcū ad īmolandū, nōn emalū est: & si offeratis clau
dū & languidū, nonne malū est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si suscepit facie tu
am, dicit dñs exercituū. Et nūc deprecamini vultū Dei, vt misereatur vestri: de manu enī
vestra factū est hoc, si quomodo suscipiat facies vestras, dicit dñs exercituū. Quis est in vobis
qui claudat ostia, & incendat altare meū gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit
dñs exercituū: & munus non suscipiā de manu vestra. Reprobatis tādē sacrificijs veteris le
gis, prout ex supra dictis verbis manifeste apparet, sacrificiū mundū, quo placetur, in omnē
orbē offerendū pronuntiat, dicens: Ab ortu enim solis usq; ad occasū, magnū est nōmē meum
in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nōminī meo oblatio mūda: quia magnū
est nōmē meū in gentibus, dicit dñs exercituum. Malū aut̄ aliud sacrificiū est, quod in terra
gentiū offertur Deo: illo excepto, quod ecclesia ex gentibus præcipue congregata corporis
& sanguinis dñi offert in oī loco, quod hic oblatio mūda dicitur, eo quod supra omnē mundi
cīē mundus est, qui offertur dñs nōster Iesus Christus: ceterae aut̄ gentiū oblationes idolis,
non Deo vero iminabantur, & sic immundissimae reddebantur. Tantis itaq; oraculis dñi
missiū sacramentum pronuntiatum, tantisq; figuris & sacrificijs ostensum est, quandoque
dem id vnum ē tribus est, quæ in Deo opt. max. admirari decet. Primum, quod se hominē fe
cerit, propter nos miseris homines. Secundum, quod homo factus dignatus sit pro homini
bus in cruce mori. Tertium, quod corpus quod pro nostra salute sumpsit, & in cruce obtulit,
dignatus sit nobis in sacrificium tradere sub speciebus panis & vini: idque nos in sui memo
riam celebrare, & sumere præcipit. Quod in euangelio manifestissimis verbis ostendere vo
luit, dicens: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habetis vitam in vobis, Ioan. cap. 6. Sumptionis corporis & sanguinis
domini verba clariora reddi non possunt. Attendant hæretici & conuertantur. Nam neceſ
se est fateri hæc domini verba: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Porro dominus sciens, quæ ventura erant
schismata in ecclesia sua, & hæreticorum scandala, de sanctissimo sacramento ita apertissi
mis verbis locutus est, vt nemo ambigere posset, corpus & sanguinem suū in diuinissimo sa
cramento haberet: proposuitque tres euangelistas, qui corporis & sanguinis sui consecratio
nem irrefragabilibus eisdemq; verbis referrent. Beatum enim euangelistam Ioannem ser
monem de sanctissimo sacramento referentem induxit, postremo & beatum apostolum Paulum idem proclamantem: vt iā diuinī sacramenti veritas non ex ore duorum vel trium con
stet, immo ore quinque prorsus sit manifesta. Aduertendum autem, quanta cura de hac cœna

Tij dominus

dominus cū suis discipulis locutus est, prout resert beatus Matthaeus cap. 26. dicens: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio pascham discipulis meis. Et beatus Marcus dicit: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aqua batulans: sequimini eum, & quocunq[ue] introierit: dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est resolutio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum, & illie parate nobis. Beatus autem Lucas cap. 24. dicit, hos discipulos suos Petrum & Ioannem: & resert ea quae beatus Marcus de cenaculo grandi strato, eo q[uod] dominus praecepit apostolorum ad hanc ultimam cenam paradam misit. Quia in domo magna festa celebaret voluit: nempe ostendens, rem magnam se facturum in illa. Quod & beatus Ioannes satisfacto stendit, cū ante consecrationem panis & vini, & in corpus suum & sanguinem transsubstantionem, pedum lotionem praemittit: & dominum Petrum dixisse: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet: denotans, quam a puritate ornari debeat, qui corp[us] domini sumpturus est. Deinde beatus Lucas resert dominum illa verba dixisse: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, ante quam patiar. Non enim qui iam alias paschales celebritates cū discipulis eggerat, tanto nunc desiderio flagrarei hanc celebrandi, nisi aliquid magnum & inconveniens pergendum esset, cuius rei indicium & verba ipsa & lotio pedum inconsueta praeferebat. Tunc (at beatus Matthaeus) accepit Iesus panem, & b[ea]ndixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait: Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Marcus vero ait cap. 14. Accepit Iesus panem, & benedicentes fregit, & dedit eis, & ait illis: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Et beatus Lucas cap. 22. ait: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Nunc autem unius est orbis testis inter ecclesiam catholicam & hereticos. Quibus enim verbis magis expresse dicere potuit Christus dominus, corpus suum & sanguinem in diuinissimo sacramento contineri, quam his? Hoc est corpus meum. Hic est enim calix sanguinis mei noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur. Non enim hic dominus parabolis utitur. Non dixit per similitudinem, exiit qui seminat seminare semen suum. Neque simile dixit est regnum caelorum homini regi, siue simile est regnum caelorum homini negotiatori, & his similia. Si hoc vellet, dixisset utique: similis est corpori meo panis iste: similis est sanguini meo calix iste. At non sic inquit, quinimo omnino adficiens corpus suum in sacramento contineri, ait: Hoc est corpus meum: & omnino certissimum asserens in calice suum esse verum sanguinem, ait: Hic enim calix sanguinis mei noui testamenti. Non mihi heretice dicas, hoc vel illo modo ista haec verba esse accipienda: Christus ipse tibi adfirmat: Hoc est corpus meum. Noli verbis contendere. Haec enim domini verba ita perspicua sunt, ut nullum enigma includant. Nec aliud innuunt, praeter id quod sonant: Hoc est corpus meum. Sapientia patris haec verba protulit. Omnipotens Iesus potest hoc perficere, & mirabiliter sub panis & vini speciebus includi & contineri. Denique id facere potest, sapiens est, & propria verba proferre nouit. Ipse ait: Hoc est corpus meum.

Quid

Quid tu hæretice verba dñi flectis? & per uicaciter aliorū torques? Tene qđ dixit dñs, nec
 aliud suspiceris: Hoc est, inquit, corp⁹ meū. Hoc reuera precipit in sui memorī fieri. Ergo
 hæretice desine ab ira, & derelinque furorē: noli emulari ut maligneris, hoc est corpus meū.
 Sic credito, sic fide ītegra dñi verbis accedito. Tres euāgelistæ fallere nō possūt, sed nec vñ
 quidem. Sic intelligito, quemadmodū audis: Hoc est corpus meū. Hic est enim calix sanguis
 mei, qui pro vobis & pro multis effūdetur in remissionē peccatorum. Si vero adhuc tibi:
 tres nō sufficiunt testes: audi beatum apostolum Paulū pri. ad Corinthios. 11. ca. ita dicente
 Primū quidem cōuenientibus vobis in ecclesiā, audioscissuras esse iter vos, & ex parte cre
 do. Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifestifiant in vobis. Iam beatus
 apostolus Paulus hæreses præsagiebat, & forte spiritu iam præuidebat eos, qui ipsū diuinissi
 mum sacramentū negatur i erant: quoniam continuo subiicit: Conueniētibus ergo vobis in vñū,
 iam nō est dominicā cœnā manducare. Ecce, vt memorī agit dñicæ cœnæ, & eā in ecclesia
 celebrandam affirmat. Vnus quisq; enī suā cœnam præsumit ad manducandū. Et alius qui
 demefurit, alius aut̄ ebrius est. Nunquid domos nō habetis ad manducandū & bibēdū? aut
 ecclasiā Dei contemnitis, & confunditis eos, qui nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos?
 In hoc non laudo. Reprehensis igitur Corinthijs quod corpus dñi in ecclesia nō susciperent,
 prout moris & æquū erat, ait: Ego enim accepi à dño, quod & tradidi vobis. Cū vero ait: Ac
 cepi à dño, per reuelationem qua raptus est, vñq; ad tertium cœlū intellige. Ut notū oībus sit
 Christū beato apostolo Paulo inter cetera reuelasse corporis & sanguinis sui mysteriū, & in
 diuinissimo sacramento sub speciebus panis & vini contineri. Sic namq; ad Galatas cap. pri.
 inquit: Notū enim vobis facio fratres, euangelium, quod euangelizatū est à me, quia nō est
 secundum hominē: nec enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationē Iesu
 Christi. Nūc igitur quid illi dominus reuelauerit audiamus: Quoniam dominus Iesus in qua
 nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate,
 hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter
 & calicem post quam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est, in meo sanguine:
 hoc facite quotiescumq; bibetis in meam cōmemorationem. Ecce verba, quæ beatus apostolus
 Paulus refert sibi Christū dominū reuelasse, de mysterio corporis & sanguinis sui in san
 ctissimo sacramento contentorū. Deinde Corinthijs inculcat Paulus, quæ reuerentia corpo
 ri & sanguini domini sit exhibenda: docens illos ne ad dñi mensam accedant, veluti domi ad
 sua fercula: Quotiens cung; enim, ait, manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem
 domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & bi
 berit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini: ac si dicat, reus erit eo
 quod corpus & sanguinem domini recipit indigne. Probet autem seipsum homo: & sic de
 pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducat, & bibit indigne, iudiciū sibi māducat
 & bibit, non diuidicans corpus dñi. Hoc est, nō discernens à ceteris cibis, sed impræparatus
 & peccatis repletus accedens. Et pri. Corinthiorū ca. 10. expressissimis verbis fatetur cor
 pus domini in sanctissimo sacramento contineri dicens: Calix benedictionis cui benedicimus,
 nōne cōmunicatio sanguinis Christi est? & panis quē frangimus, nōne participatio corporis
 dñi est? Nihil igitur aplius obloquaris hæretice, audi beatū apostolū Paulū, quæ illi de diui
 nissimo sacramento reuelata sunt differentem. Nouerat verba domini beatus Paulus: &

Tij postquam

postquam verba eadē, quæ beati euangelistæ de consecratione corporis & sanguinis domini tradiderant, retulit: ipsi Corinthis infert, quemadmodū absq; peccato illos oportet domini corpus suscipere: docēs quod iudicium sibi manducat & bibit, quia letali culpa obnoxij corp dñi sumunt, nullū facientes discrimen tanti sacramenti à cæteris cibis. De hoc autem dñissimo sacramento dominus ipse solennem habuit sermonem, quem beatus Ioannes scribit cap. 6. dicens. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vera est potus. Nec simile est illud Ioa. 5. Ego sum vitis vera. Quoniam cum dixisset: Ego sum vitis vera: ad differentiam illius vitis, que conuersa est in amaritudinem, & fecit labruscas: addit vera: Quibus ut ostenderet, se vitam per similitudinem, & non proprietatem nūcupasse, itulit aliud simile, dicens: Et pater meus agricola est. Et addit: Ego sum vitis, & vos palmites. Non vtiq; apostoli erant lignei palmites, nec pater cœlestis est vilis humūculus agricola, sed per similitudinem hæc dicuntur. Quemadmodum dominus Ioa. 10. ait: Ego sum ostium, nec enim ostium ex tabulis compactum est dñs. Hic autem cū ait: Caro mea vere est cibus, non addit aliud per similitudinem, sed per sequitur veritatem cibi & potus, dicens: Qui manducat meā carnem, & babit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me vinens pater, & ego viuo, propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducare rūt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternū. Praebet panis iste vitam æternam, habet ergo in se illam: alias non posset præstare, quod non habet. Obstruatur ergo hæreticorum loquaciam iniquam, nec eorum vesanis opinionibus adhæredū, cū aiunt metaphorice dominū bic fuisse locutum: quoniam non videtur oculis dñnicum corpus in sacramento. Sic enim nugari aliquis posset, metaphorice dñm dixisse: Nisi quis re natus fuerit ex aqua et spū sc̄to: quoniam baptismi effectus corporeis oculis non appareat: esset que baptismus metaphoricus, quod summa stultitia esset, affluerare. Ita & remissio peccatorū paralytico a dño condonata: Remittuntur tibi, inquit, peccata tua, esset metaphorica, quoniam carnis non patet oculis. Quin & paradisus latroni promissus, eadē ratione esset metaphorius, quia nemo vñq; corporeis oculis illū in paradiſo conspexit. Occurrūt & id gen⁹ alia, que summa insania esset huiusmodi interpretari. Quod autem sacerdos mater ecclesia à temporibus apostolorū ita crediderit, beatus Dionysius attestatur cap. 2. Eccl. Hierar. dicens: Insine autem omnium summus sacerdos ad sacramentā eucharistiā vocat perfectū, & perfectū in orū my steriorū ipsi tradit communionē. Vides sumū sacerdotē episcopū appellari: Vides sacramentā eucharistiā & communionē tradi baptizato adulto. Vbi etiam ritū celebratiōis missæ eodem lib. ca. 3. exponit, dicens: Sumus quidē sacerdos orationē sacrā super diuinū altare perficiēs, ex ipso adolere inchoans in onē venit sacri chori ambitū. Rediensq; iterū ad diuum altare incipit sacram psalmorum melodiam concinente ei psalmificam sacram orationem omni ecclesiastica dispositione. Et post alia quæ ibi sequuntur, dicit: Accipiens verò & tradens diuinam communionem: Non vtiq; diuinam diceret, si non in illa verū Christi corpus diuinitate coniunctum contineretur. Quod iterum repetit in eiusdem tertij cap. Theoria, dicens: Dum consecrat, sacrificat diuinissima, sub cōspectu ducēs Iesum Christū inuisibilē, accipies autē & tradens diuinam communionem. Ecce communionem diuinam. Ecce Iesū Christū inuisibilem contentū in diuinissimo sacramento. Et iterum eodem lib. cap. 6. ait: Propter quod & sacerdotalibus ordinibus in sacræ communicatiis suis sanctificationibus, in fine sanctissimaru suarum oblationum

Θεοφανεῖς
τριάδης εὐ^τ
χαρίστικη.

μετασχήμα
τικόν
μετασχήμα
τικόν κον
τελεσθε.

oblationum sanctissimae eucharistie communio traditur a consumante eos summo sacerdote.
 Et Cyprianus lib. epistolarum. 2. epist. 3. ait: Nam quis magis sacerdos dei summi quam domini
 nus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit. Et obtulit hoc idem quod Melchisedec
 obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem. Libro autem priori. 2. epis. idem beatus
 martyr Cyprianus ait: Quos excitamus et hortamur ad plenum, non inertes et nudos relinquimus,
 sed pro electione sanguinis et corporis Christi muniamus. Et cum ad hoc fiat eucharistia
 ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarii volumus, munimento do-
 minicae saturitatis armemus. Et paulo infra dicit: Sacerdotes sacrificia Dei quotidie celebra-
 mus. Idem libro. 3. epistola. 15. inquit: Illi contra euangelij legem, vestram quoque honorificam peti-
 tionem, ante actam penitentiem, ante exomolegesim grauissimi atque extremi delicti factam, an-
 te manum ab episcopo et clero in penitentiem ipositam, offerre pro illis, et eucharistiem dare, id
 est scilicet corpus profanare audeant? cum scriptum sit: Qui ederit panem aut biberit calicem domini
 indigne, reuserit corporis et sanguinis domini. Idem in oratione dominicali, versu: Panem nostrum quo-
 tidianum da nobis hodie, dicit: Quando ergo dicit in aeternum vivere si quis ederit de eius pane:
 ut manifestum est eos vivere, quod corpore eius attigit, et eucharistiem iure communicationis accipiunt:
 ita contra est timendum et orandum, ne deum quis abstentus separatur a Christi corpore, procul rema-
 neat a salute, comminante ipso et dicente: Nisi ederit carnem filii hominis, et biberit eius sanguinem,
 non habebitis vitam in vobis. Et idem beatus martyr Cyprianus in sermone de cena domini inquit:
 Significata olim a tempore Melchisedec prodeunt sacramenta: et filiis Abraham facientibus
 opera eius sumus sacerdos panem profert et vinum. Hoc est, inquit, corpus meum. Manducave-
 rant et biberant de eodem pane secundum formam visibilem. Sed ante verba illa, cibus ille comu-
 nis tantum nutriendo corpori comodus erat, et vita corporali subsidium ministrabat: sed ex
 quo a domino dictum est, hoc facite in meam commemorationem: haec est caro mea, et hic sanguis
 meus, quotiescumque his verbis, et hac fide actu est, panis iste substantialis et calix benedictio
 electione solenni sacratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit, simul medicamentum et ho-
 locaustum ad sanandas infirmitates, et purgandas iniquitates existens. Manifestata est etiam
 spiritualis et corporalis cibi distantia: aliquid suisse quod prius est appositum et consumptum,
 aliud quod a magistro datum est et distributum. Mox paucis interpositis ait: Panis iste quem
 dominus discipulis porrigebat non effigie sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est
 caro. Et sicut in persona Christi humanitas videbatur, et latebat divinitas: ita sacramenta visi-
 bili ineffabiliter se divina infudit essentia: ut esset religione Christianae circa sacramenta de-
 notio, et ad veritatem cuius sacramenta sunt sinceror pateret accessus. Et sicut panis com-
 munis quem quotidie edimus, vita est corporis: ita panis iste supersubstantialis vita est ani-
 mae, et sanitatis mentis. Et infra eadem serie: Eius igitur, inquit, carnis huius quedam
 audiitas est, et quoddam desiderium manendi in ipso. Perpetuus est hoc sacrificium, et semper
 manens holocaustum. Panis iste angelorum omne delectamentum habens virtute
 mirifica, omnibus qui digne et devote sumunt, secundum suum desiderium sapit, et
 amplius quam manna illa eremi implet et faciat edenicum appetitus, et omnium
 carnalium saporum irritamenta: et omnium exuperat dulcedimum voluptates. Haec in
 Christi commemoratione retractantur a fidelibus, et defecatis animis. Carnis eius edat
 illum non est horrori sed honori: potiusque sancti et sanctificantis anguinis spiritus delectas

Tunc tur.

tur. Sed & beatus Augustinus idem satetur libro 9. confessionum, cap. 12. loquens de impenis pro defuncta matre precibus: Nam neq; in eis precibus quas tibi fundimus, cum offerretur pro eas sacrificium precij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadaver epriusquam deponeretur, sicut illic fieri solet. Et capit. sequenti ait, referens matris precepitum de illius memoria facienda in celebratione corporis domini: Nulla illi cura de eligendo sepulchro fuerit: non ista mandauit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat: vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum, quod erat contrarium nobis. Hinc manifeste colligitur, sacrificium altaris corporis & sanguinis domini offeri etiam pro defunctis beati Augustini tempore: Et lib. 8. de civitate Dei, capit. ultimo: Quis audiuit aliquando fidelium, inquit, stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in praecibus: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane: cum apud eorum memorias offerat Deo, qui eos & homines, & martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore socianuit. Et lib. 10. cap. 20, inquit, de Christo: Per hoc & sacerdos est offerens ipse & oblatio, cuius rei sacramentum quotidianum voluit esse ecclesiae sacrificium. Et li. 22. ca. 8. miraculum narrat de oblatio sacrificio corporis Christi, fere his verbis: Vir tribunitius Hesperiensis qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundū Cubedi appellatū: vbi cum afflictione animalium & seruorum suorum domum suam spiritu malignorum vim noxiā perpeti compreserit, rogauit nostros me absente presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis dñi, orans quantum potuit ut cessaret illa vexatio, deoq; protinus miserare cessauit. Idē beatus Augustin⁹ epis. 20. ait: Vota verò sua sacrificiū vult intelligi corporis sui quod est fideliū sacramentum. Et libr. prim. contra Parmenianū ca. 6. ait: Sacrificia ergo impiorū eis ipsis oberūt, qui offerunt impie. Nā vnu atq; idem sacrificium propter nomen domini, quod inuocatū & semper factum est, tale cuiusque sit, quali corde ad accipien dū accesserit. Qui enim māducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, Non ait alijs sed sibi. Qui ergo manducat digne & bibit, gratiam sibi manducat & bibit. Idem lib. 2. contra Petilianum cap. 55. Hi vtique, inquit, dicturi sunt: In nomine tuo manducanimus & bibimus: & audituri, non noui vos: qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibut. Et idem in prefatione ps. 68. inquit: Quod admonuit etiam Ioannes euangelista, qui imminentे passione, cum veniret dominus ad cœnā, qua comendauit sacramentum corporis & sanguinis sui, ita loquitur. Beatus autem Ioānes Chrysostomo 5. hōme. 2. ait: Filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit. Ne igitur decidamus, néque lamentemur, néque temporum difficultatē timeamus. Qui enim sanguinem suum pro omnib; effundere non recusauit: & carnem suam, & rursus ipsum sanguinem nobis cōmunicauit, nihil pro salute nostra recusabit. Quid igitur amplius dicā de hoc diuinissimo sacramēto? Deficiet profecto tps, si omniū antiquorū & grauiſſimorū autorū sententias huic adducere velle. Nec quidē opus est amplius immorari, cū tot figuris sit hoc diuinissimum sacramētū præfiguratū, tot vaticinijs prophetarū ostēsū, tantaq; luce verborū à Christo dño institutū: & ab eodē, vt beatus refert Ioānes, toties prædicatum, atq; adeo ab ipsis apostolis commendatum: à doctoribus deniq; orthodoxis, & ab ecclesia catholica ubiq;

et semper veneratum. Nulla enim vñquam, prout in initio huius tractatus retulimus, fuit lex, in qua sacrificia decesserent. Quapropter in lege gratiae, ipse autor salutis et gratiae dominus noster Iesus Christus, sacrificium istud altissimum nobis donare voluit: et quod semel in cruce obtulit patri, eidem iugiter offerri instituit: ne tanti amoris et dignationis memoria, alio reduceretur in mentem sacrificio, quam eodem met corpore et sanguine, quae ipse pro nostra salute tradidit. Hæc autem sublimia ac supraemam mysteria, quippe quod Deus filius sit homo, et quod pro nostra salute, et vi nos Deo conciliaret, crucis tormentum subiecit, non alio erant sacrificio recolenda, quam eodem vero corpore et sanguine, quae in nostræ redempcionis pretium et animarum expiationem fuerat semel in cruce æterno patri oblatum. Non ergo habet quid nobis obiciat hereticorum vulgus, cum verbis domini credimus: Hoc est corpus meum. Quod tres simul euangelistæ testantur. Non est quid improarent, cum dominus diuinissimi huius sacramenti prædicator existat, beato Ioanne cap. 6. referente: Caro, inquit, mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Cui omnes prophetæ testimonium perhibent. Sic et beatus apostolus Paulus clamat: Panis quem frangimus, participatio corporis domini est: et calix cui bñ dicimus, participatio sanguinis Christi est. Sic et eius discipulus beatus Dionysius attestatur, et cæteri quos retulimus ecclesiæ sanctæ martyres et doctores. Sic et ecclesia catholica obseruanit ab ipsis apostolorum temporibus ad usq; nostram ætatem, et sic firmiter obseruabit, usq; in diem, qua Christus dominus iudicaturus est orbem terrarum: cui cum patre et Spiritu sancto est honor, gloria, et imperium in eternum. Amen.

TRACTATUS OCTAVVS.

In XVIII. cap. beati Matth.

Idem porro sacerdotes ministri solennes sunt sacramenti baptismi, quod omnium sacramentorum ostium est. Qui enim sacram baptismum, adhuc non suscepit, nullius alterius sacramenti capax efficitur. Non enim de eucharistia sacra participat, nec à peccatis absolvitur, nec in sacerdotem præficitur, nec moriens oleo sacro perungitur. Ceterum cum per ianuam sacramentorum baptismum videlicet, in ecclesiam fuerit introduitus, iam cæteris sacramentis communicat. Dicimus baptismi sacerdotes ministros solenes: quandoquidem in extrema necessitate, quilibet baptizare potest, etiam infidelis. Nec enim iex suprema gratiae inferiora lege Mosayca ad culpam originalem, et ad omnino peccatum diluendum habet remedia, quinimo potiora. Legimus autem Exod. cap. 4. Sephoram uxorem Moysi circuncidisse præputium filij sui: quando angelus noluit Moysen occidere ob filium incircuncisum, quem secum gerebat: cumque esset in itinere in diuersorio, occurrit ei dominus et volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram et circuncidit præputium filij sui, tetigitq; pedes eius, et ait: sponsus sanguinum tu mibi es. Et dimisit eum postquam dicerat, sponsus sanguinum tu mibi es ob circumcisionem. Cum igitur mulier et amater in lege Moysi instanti necessitate extrema, poterat circumcisionis munere obire, multo magis eadem necessitate urgente, quilibet poterit baptizare. At qui minister solenis sacerdos est: cuipse baptizat omni cū apparatu, pōpa et ritu per ecclesiā constitutis, cūq; veritate baptizat in unguis sacro oleo chrismatis: et oleo cathecumorū in pectore et inter scapulas bapti-

baptizandum linuit. Quod & dominus manifestis verbis insinuauit, dicens apostolis iā alp
trem ascensurus: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, et spiritus sancti. Quā ergo baptismus cōmittatur discipulis, illi utiq; & successores eorū præcipui & solennes ministri sunt huius sacramenti. Quin etiā Christo prædicante baptiza
bant, prout beatus Ioannes refert ca. 4. dices: Ut ergo cognouit Iesus, quia audierunt phar
isei, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quā Ioannes: quāquam Iesus non bap
tizaret, sed discipuli eius. Similiter Act. 2. cap. Cū Iudei in die Pentecostes plenos Spiritu
sancto discipulos conspexissent, eare attoniti Petro prædicante dixerūt: Quid faciemus vi
ri fratres? & beatus Petrus: Pœnitentiā, inquit, agite: & baptizetur unusquisque vestrum
nomine Iesu Christi in remissionem peccatorū vestrorū. Et qui receperunt sermonem eius
baptizatis sunt, & apposita sunt animarū circiter tria milia. Nec obliuioni tradendū, quod
beatus Petrus adultis primo præcipit pœnitere, nēpe ab infidelitate & ceteris peccatis mor
talibus, ut per aquā baptismi remissionem consequantur & gratiā. Sacri baptismatis ritum
beatus Dionysius martyr, beati apostoli Pauli discipulus cap. 2. Eccles. bierar. describit, di
cēs: Et qui accipit eū, hoc est baptizandū, dicit ad Hierarchā cognominatū, qui ad virū ad
uenientē accedit & interrogat eū, quid volēs venit: eo verò religiose accusante, iuxta anado
chi traditionē, incredulitatē, ignorantia veri boni, à diuina vita desidiam. Et hierarcha di
tor, idem qui uinā ei conuersationē introducens, & interrogans, si sic cōuersaturus est post confessionē cu
licet fidei, imponit eius capiti manū: & signans describi imperat sacerdotibus virū & anado
chū, & afferunt sacerdotes uincionis sacrū oleū: & aquā sacris inuocationibus sanctificans:
& tribus sanctissimi Christi matus cruciformibus effusionibus, ad aquā ducitur: & ipsum sum
mus sacerdos baptizat tr:bus perficiēdi demersionibus. Plura alia beatus Dionysius ibidem
recitat de ritu baptismi sacri, quæ longū esset recensere. Hæc diēta sufficiūt ad ostendendū
sacri solēnis baptismatis ritū, quē fermè usq; hodie sacrosancta obseruat mater ecclesia. Præ
ptū autē baptismatis in paulo ante adducta beati Matt. cap. vlt. sententia cōtinetur: Eamus
ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et
etiā Mar. vlt. Qui crediderit (fide intellige viua charitate formata) & baptizatus fuerit,
saluus erit. Et ad Nicodemū refert beatus Ioannes cap. 3. dominū dixisse: Amen amen dico
tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ce
terū quod superest manifestissimis testimonij ostendendū est aduersus nostri temporis hæreti
cos, qui baptismū fatentes paruulos baptizandos negant: cum reuera paruulis baptismus ma
xime sit necessarius. Quod sanè ex ipsis domini verbis baptismum instituentis, si ecclē
examinentur, colligitur. Ait namq;: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cum igitur dominus neminē hic ex
cipiat, nec viuis horæ infantulum: certum utiq; est, quod quicunq; decesserit sine baptismate,
non introire in regnum Dei. Quum igitur æquè incerta sit hora mortis paruulis atq; adul
tis, omnibus hand dubio præcipit dñus baptismū suscipere: cū nemo huius sacramenti expers
salutē cōsequi possit. Id ipsū etiā cōprobatur ex inducta dñi sententia, quā retulit cap. vlt. be
atus Matthæus: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, et filij,
& spiritus sancti. Paruuli enim & si non doceantur antequā baptizentur, habent anadochos
doctos, habent & fidem infusam in baptismo, qua verificatur: Qui crediderit & baptizatus
fuerit,

fuerit, saluus erit. Credunt infantes eorum paedagorū spōsione, habentq; fidem infusam in baptismo. Quod dominus satis innuit: cū dixit Matth. 19. prohibentibus discipulis paruulos ad illum accedere: Sinite, inquit, paruulos, et nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. Regnum enim cœlorū nemo quisquā introire posset, nisi fuerit is renatus ex aqua & Spiritu sancto. Nolite ergo hæretici prohibere paruulos ad baptismū accedere, quoniam regnum cœlorū: ad quod nisi baptizati peruenire non possunt: quoniā nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Adeò autem hoc verū est, vt beatissimi apostoli sic verba domini interpretantes, paruuloru[m] saluti baptismū maximē necessariū esse intellexerint: eosq; ideo ad baptismū recipi statuerunt. Quod beatus Dionysius martyr refert cap. vlt. Eccle. hier. & infideles idem irridentes, quoru[m] loco (quod ad hāc rem attinet) subsannatores hæretici successerunt. Ait igitur: Quod autē pueros nōdū diuina intelligere valentes sacræ participes fieri diuinæ generationis, & sanctissimoru[m] diuinæ cōmunicationis symbolorum: videtur quidem (vt ait) immundis blasphemо risu dignū, si audire non valentes edocent summi sacerdotes diuina: & non intelligētibus imagines, trādiderunt sacras traditiones. Et quod adhuc risibilius est, quomodo pro eis alij abrenunciatiōnes dicunt & sacras confessiones. Oportet tuā hierarchicham intelligentiā non angustiarū errantibus: sed & timens simul & orū luciducatus gratia diligens defendere aduersus pro eis prolatas insidias: proponentē & hoc iuxta legem diuinā, quia non in nostra scientia omnia diuina circunscribuntur. Veruntamen & de hoc ea dicimus, quæ quidē deiformes nostris sancti præfectores ab antiqua eruditī traditione in nos adducebāt. Aut enim, quod quidē verū, quia secundum legem diuinā duēti infantes ad habitum sanctum venire omni purgandi errore & immunda vita. Multū hoc diuinus nostris ducibus in animū venies probauerunt recipi infantes secundū hunc sacrum modū. Habemus igitur secundū legem diuinā infantes esse baptizandos, & sic per beatos apostolos, quos diuinos duces & præfectores appellat beatus Dionysius fuisse sanctum. Et beatus martyr Cyprianus lib. 3. Epistolarum gen[er]o vas, & eo[rum] hanc causam pertractans, epist. 8. ait post plurima in eandem sententiam relata: Porro antem si etiam grauiissimis delictoribus, & in Deum multum autē peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, & à baptismo & gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit: nisi quidē secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit. Qui ad remissam peccatorum hoc ipso facilius accedit, quod illi remittitur non propria sed aliena peccata. Et idcirco frater charissime, hæc fuit in concilio nostra sententia: à baptismo atq; gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa vniuersos obseruandum sit, atq; retinendum: tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruādum putamus. De baptismo etiā paruuloru[m] beatus Augustinus volumē edit. Et ad Bonifatiū ait: Quādiu puer intelligere nō potest, valebit sacramentū ad eius tutelā aduersus cōtrarias potestates: & tamē valebit, vt si ante maioris aetatis usum ex hac vita migrauerit, per ipsum sacramētū cōmēdata ecclesiæ charitate, ab illa cōdēnatione, quæ p[ro]vnū hominē intravit ī mūndū, christiano adiutorio liberetur. Qui hoc nō credit, & nō posse fieri arbitratur, p[ro]fecto infidelis est. In veteri siquidē lege Deus p[re]cipiebat circūcisionē, & eam octauo die fieri statuit dicens, Genes. 17. Infans octo dierū circuncideatur

tur in vobis. Multo igitur amplius in lege gratiae infantibus remedium contra originale peccatum præstandum est: ne decedentes ab ingressu beatitudinis priuentur perpetuo. Brevis simis verbis haec redditur ratio, quæ quidem hereticis insolubilis est: Nempe remedia in lege gratiae contra originale & actuale peccatum efficaciora & faciliora esse, consentaneum est: cum ad peccatorum deletionem Christus Deus fuerit passus. Traditus est (inquit beatus apostolus Paulus) propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. Cuius iugum suave est, & onus eius leue: cui est honor, gloria, & imperium, cū patre & spiritu sancto in æternum. Amen.

TRACTATVS NONVS.

In XVIII. cap. beati Matth.

SVNT quidem & alia duo sacramenta, quæ sacerdoti ministerio peraguntur: nēpe vncionis extremæ, & matrimonij sacramenta. Extrema vncio oleum est ab episcopo consecratum in die cœnæ domini intra missarum solennia, pro vnguendis infirmis adseruatū. Eo enim infirmis vngitur instantे corporis morte: vt omnes per gratiam eluantur peccatorum maculae, siquæ forte animæ inhæsere: putat ad malum pronitas, torpor & ineptitudo ad bonum: & vt Christi athleta ad exitum roboretur & exhilaretur: quod certis verbis pergitur, quibus deprecatur sacerdos infirmo peccata remitti. Porrò id sacramentum à domino apostolis traditum, nulli dubium est, quo ipsi deinde vñsi sunt. Videntur autem in illo loco signari, quem refert beatus Marcus cap. 6. dicens: Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa ejiciebant, & vngabant oleo multos ægros & sanabantur. Hoc autem & si euangelista non exprimit à domino institutum: apparebat tamen à domino iniunctum apostolis. Quaenam causa ipsi potius oleo vñsi sunt ad vngendos infirmos, quā vino aliōne libato? quinimo ut vñctionis olei veritas portenderetur sic per uncti sanabantur. Huius rei gratia beatus Iacobus apostolus in sua canonica cap. vlt. huius sacramenti promulgator extitit: & causam eandem profert, cum dicit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie, & orent super eū, vngentes eū oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Alleuiatio haec aliquando est infirmitatis: aliquando verò tristitiae & cuiusdā horroris, quibus laborat homo dū animam agit. Ceterum beatus Dionysius inducit consuetudinem vngendi defunctos oleo in significationem: quod cum primum sint baptizati, per uncti sunt sacro chrismate. Dicit enim cap. 7. Eccles. Hierar. Post verò salutationem infundit oleum dormienti summus sacerdos. Memento autem quod secum dum sacram theogenesiam ante diuinissimum baptisma, prima participatio sacri symboli donatur perfiendo post vniuersale prioris vestimenti depositionem sacræ vñctionis oleum. In fine autem omnium nunc superdormientem oleum infunditur, & tunc quidem olei vncio ad sacra certamina vocat consumandum. Nunc verò infusum oleum manifestat, secundum ipsa sacra certamina militantem & consumatum dormientem. Quemadmodum igitur oleo perunguntur iam dormientes ad significandam victoriā consumatam, quoniam & sacro oleo limitis sunt, dum baptizantur: ita quoque fatendum est à domino nostro Iesu Christo institutum sacræ vñctionis extremæ sacramentum: quo iam, prout ex beato Marco retulimus, apostoli circa infirmos vñsi sunt. Cuivis beatus Iacobus

Geosecoris,
Idest, diuina
regeneratio.

memor

meminit & effectus salatis, quem refert beatus Marcus. Sic enim Iacobus ait: *Etsi in peccatis sit, remittentur ei. Quin & experientia docet, inunctos infirmos, si adhuc sensu aliquo vigenter, nec aegritudinis vi omnino mente abalienantur, exhilarari: & leuius aegritudinis tedium & dolores, quos patiuntur, ferre.* Etsi adhuc illis extrema illa non est praefinita dies, citius bene habere. Verum enim uero, nec ipsi apostoli tali uiterentur remedio pro infirmitatibus alleuandis, nec huiusmodi sacramentum ecclesia traderet obseruandum: nisi a Christo institutum esset. Quin & ecclesia ipsa, quam semper spiritus Dei moderatur, non tan-
tu celebritate extremaunctionis oleum consecraret: & in die tanti mysterij, nisi benè edo-
cta a temporibus apostolorum in sacra extremaunctione conficienda, adeò perstisset. Por-
ró matrimonij sacramentum, quo sancta ecclesia uitur, a Christo domino in euangelio institu-
tum fuisse, testatur beatus Matth. sequenti cap. 19. inquiens: *Et accesserunt ad eum phari-
sætentantes eum, & dicentes: Silicet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa?*
Qui respondens ait eis: *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam
fecit eos? & dixit: propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ,
& erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniuxit,
homo non separet. His verbis ostenditur matrimonium esse sacramentum, cuius solennis mi-
nister sacerdos est. Cum vero voluntate contrahatur, possunt adiuicem, nisi inter sit cano-
nicum impedimentum, mulier & vir contrahere: & tali inter se mutuo animorum consensu, &
verbis hunc explicantibus celebrare sacramentum. Prohibentur vero nuptiae clandestinæ
per ecclesiam, non quo ad vigorem sacramenti: sed ne in prohibitis contrahantur gradibus.
Proinde qui sic contraxerunt, permanent coniuncti: nec quacunq; ex causa eorum aliquis, se-
parari sine contrahere alibi potest, altero eorum superstite. Quod sanè verba domini expri-
munt, cum ait: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet: verba scilicet referens ad vina-
culum sacramenti.* Eadem ipsa verba refert beatus Marcus cap. 10. Propter hoc autem &
quod Deus coniunxit, magnum significatione hoc sacramentum esse, prædicat beatus aposto-
lus Paulus cap. 5. ad Ephesios, dicens: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Chri-
sto & in ecclesia. Hoc Deus approbare voluit præsentia sua, cum ad nuptias Cana Galilææ
vocatus processit. Quibus interfuit & beatissima virgo & discipuli domini, ut Ioannes re-
fert 2. cap. Ibiq; ad preces beatissimæ semper virginis matris deficiente vino, fecit dominus il-
lud miraculum conuerzionis aquæ in vinum. Ut hinc discant hæretici laudare nuptias intra
suos terminos: sciantq; nuptijs præferri virginitatem & castitatem. Nam in nuptijs de-
ficiens vini appetit, quod per virginitatem suppletur. Bonæ sunt nuptiæ, potior vero casti-
tas, sed & suprema virginitas. Sicq; sacrosanta mater ecclesia semper recta via incedens, v-
nicuiq; quod suum est tribuit. Nuptias approbat, vide ò hæretice ecclesiæ candorem excipi-
um, illasq; domino consecrat, & nubentibus solenniter benedicit. Insuper matrimonij sacra-
mentum esse fatetur, unum è septem à Christo domino institutis. Ceterum virginitatem
nuptijs præfert, quoniam matrimonio iuncti, tribulationem carnis, secundum apostolum, ha-
bebunt huiusmodi: solliciti nempe quæ sunt mundi, & diuisi sunt. Et uxor quidem cogitat
quomodo placeat viro: & vir præmeditatur quemadmodum uxor placeat, & sic diuisi sunt.
Innupta autem & virgo cogitat quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo. Quod & Christus dñs
in se & in Deipara matre sua Maria præclarissimo exēplo indicat: dñ à desponsata nascitur,**

quæ

quæ semper tamen permanxit virgo. Dæmon autem cuius sunt membra hæretici, medium tenere non valet. Ecce quosdam hæreticos, quos refert beatus apostolus Paulus, dāantes nuptias, pri. Timot. 4. Nunc alij sunt hæretici qui affirment omnes oportere nubere. Osa tana, tu extrema elatus superbia, ministros tuos non sinis ullū tenere modum, & euangelio & sacro sanctæ matris ecclesiæ præceptis subiici: quin potius confundis omnia. Nunc damnas nuptias, nunc illicita contubernia nuptiarū nomine probas. Nescis enim modū præfigere rebus, donec dominus misericordia sua & precibus sanctæ matris ecclesiæ sponsæ sue conterat te sub pedibus nostris. Quod fiet velociter gratia ipsius domini nostri Iesu Christi, & mirabili potentia & sapientia sua: cui cū patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

TRACTATVS DECIMVS.

In XVIII. cap. beati Matthei.

Minister enim sacramenti confirmationis, solus episcopus est. Est autē confirmatio cōsignatio in fronte cum oleo sacro chrismati per episcopum facta sub certa verborum forma. Verba porrò hæc sunt. N. Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti: ut replearis eodem Spiritu sancto, & habeas vitam æternā, amen. Hoc sacramentum, in quo exhibetur Spiritus sanctus, ad robur & dona eius à Christo domino est institutū & apostolis traditum. Et quoniam solos apostolos scimus manus super baptizatos imposuisse, & per impositionē manuum eorum Spiritus sanctum in sicutactos descendisse, solius episcopi est hoc sacramētum ministrare fidelibus. Sunt quibus videtur, & non abs re, dominū hoc sacramentū prænotasse: ubi, vt tradit Mattheus cap. 19. dicitur: Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipulū am increpabant eos. Iesus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talū est enim regnum cælorū. Et cū imposuisset eis manus, abiit inde. Et beatus Marcus cap. 10. ait: Et offerebat illi paruulos, vt tangeret illos. Discipulū autē cōminabantur offenditibus. Quos cū videret Iesus, indignè tulit, et ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talū est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et cōplexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Similiter beatus Lucas cap. 18. ait: Afferebat autē ad illū & infantes, vt eos tangeret. Quod cū viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autē conuocāsillos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talū est enim regnū Dei. Nunquā enim tanta cura esset sacris euangelistis tactū & benedictionem puerorū exprimere, nisi ali quod sacramentū prænotaretur in istis. Nec dominus pueros sic tueretur à discipulorum prohibitione, nisi mysteriū aliquod in suo tactu & benedictione includeretur. Ecclesia sc̄ta oleū chrismale balsamo mixtū in die cænæ domini per episcopos cōsecrebat, duodecim sacerdotibus pontificia assidentibus, induitis vestimentis sacris, velutisi essent celebraturi. Et septem diaconi, totidemq; subdiaconi in albis & stolis pontifici etiā assūtū: quod episcopus plurimis orationibus & præfatione cōsecrebat. Ita quoq; legimus in actis apostolorum cap. 8. Cum audiisset apostoli, q̄ erat Hierosolimis, qđ recepisset Samaria verbū Dei, miserū ad eos Petru & Ioānē. Quicū venissent, orauerūt pro ipsis, vt acciperet Spiritū sanctū. Non dū enim in quenquam

quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponerant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. Ecce sacramentum confirmationis, quo roborantur fideles, et Spiritum sanctum suscipiunt, ministratum per manus apostolorum. Et aëlorum 19. cum beatus Paulus venisset Ephesum, et inueniret quosdam de discipulis, dixit ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credetis? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audiimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptisme. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismate penitentiae populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, ut crederet, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis, et prophetabant. Quapropter cum per apostolos legimus baptizatis manus impositas: solis episcopis confirmationis sacramentum ministrare traditum est. Ceterum sacerdoti solitum in primæua ecclesia testatur beatus Dionysius martyr in eccles. Hierar. cap. 2. tradens quemadmodum baptizandus oleo cathecuminorum vngebatur per sacerdotes, tunc demum per episcopum chrismate confirmabatur. Sic enim ait: Et ad sumum exuentibus eum ministris afferunt quidem sacerdotes vunctionis sacrum oleum, ipse ante vunctionem per signationem ter incipiens: ceterum sacerdotibus virum vngi omni corpore trahens, ipse ad matrem filiolitatis venit, et tunc aquam sacris invocationibus sanctificans, et tribus sanctissimi chrismati cruciformibus effusionibus perficies illam, et chrismati sanctissimi immisionibus. Et postquam baptizatus est, ait: Accipientes autem eum sacerdotes porrigit accessionis anadocho et duci: et cum ipso accipientes vestimenta perficiendorum adunatam ad sacramentum sacerdotem iterum reducunt. Ipse vero Deificantissimo vnguento virum signans partem manifestat de cetero sacræ perfectissimæ eucharistia. Ritus autem consecrationis chrismati eiusdem libri cap. 4. luculenter describitur: Tanta, inquit, synaxeos sunt, et sic bona iuventutis ad unum nobis, sicut sepe diximus Hierarchichæ sacrificantia societatem et coordinationem. Sed est huius æquipotens, altera perfectiua operatio chrismati hostiam induces nostri quam nominant. Et post pauca inquit: Deinde chrisma summus sacerdos accipiens superponit diuino altari circum velatum à duodecim pennis sacris, reboatisbus simul omnibus sanctissima voce sanctum Deo acceptabilem prophetarum inspirationis melodemam. Et in ipso perficiente orationem complens, in sanctissimis consecratorum hostijs, eo utitur ad omnem ferè Hierarchichæ perfectiua orationem. Et in theoria eiusdem cap. ait: Dicamus igitur quomodo est myri compositio. Congregatio est quedam bene spirantium materia rum in se copiose habens qualitates odoriferas. Deinde prosequitur, quemadmodum sanctum chrisma Christum dominum significat. Hæc vero qui legerit profecto manifeste prospiciet, quanta ratione sacra sancta mater ecclesia, sanctum chrisma ex oleo et balsamo mixtum consecrat, et eo in sacramentum confirmationis utitur: postquam in ecclesia primæua sic usus est sacra sanctorum societas. Quinimo et eo iniunguntur caput et manus episcoporum, dum in antisites consecrantur: prout retulimus, dicentes beatum Dionysium: Eo utitur ad omnem ferè Hierarchichæ perfectiua orationem. Quid hic miseri heretici audeat? Quid in hoc sacramentum dicere possunt, quod tot autoritatibus confirmari videtur? Discat scripturas. Legantq; sanctorum doctorum volumina, qui per tempora apostolorum vixerunt, quibus id curae fuit, eorum ritus ne oblinio traderetur, literis madare. Tunc enī intelligēt, quāta cura id sacramentum et cetera beati

beatii apostoli ministraverint, quemadmodum à domino Iesu acceperunt. Qui ut multa signa fecisse traditur, quæ non sunt scripta à sacris euangelistis, prout beatus Ioannes testatur cap. 20. ita profecto multa etiam dixit, quæ non fuerunt literis mandata: & si de omnibus sacramentis vel omnimoda sit forma & materia tradita: vel de istis duobus extrema videlicet vunctione & confirmatione signata, & per apostolos executa, perq; beatum Dionysium satis explicata. Gaudio igitur magnis fideles lætari decet, cum tantis cernant, quæ sacrosancta tenet mater ecclesia, testimonij corroborari: sicq; ab inenarrabile ecclesia semper in vsu fuisse, & perpetuo ad usq; finem futurum. Cuius autor qui fallere non potest, ipse est Deus, quinobis omnia reuelauit per dominum nostrum Iesum Christum eius unicum filium: cui cum patre & Spiritu sancto, est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

TRACTATVS V N D E C I M V S.

In XVIII. cap. beati Matthæi.

Sacramētum ordinis.

Quod ordo sacerdotum sit sacramentum à solis episcopis traditum, & à domino nostro Iesu Christo institutum, omnis sacra scriptura docet: supra namq; ostendimus tract. 6. huiusc cap. quod sacerdotes in ecclesia habendi sunt. Est & ordo sacerdotum ex septem sacramentis, quibus sancta ecclesia vtitur, vnum: de quo in præsenti differendum est. Constat igitur dominum dixisse discipulis: Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in celum. Eisdemq; post resurrectionem: Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. In his autem verbis & gratia confertur, & ligandi atq; soluendi potestas: quæ tatum discipulis & eorum successoribus traditur. Igitur manifeste ostenditur sacramentum ordinis sacerdotalis, in quo & gratia & potestas conferuntur. In ultima quippe cæna dominus cum suis sacri corporis & sanguinis sacramentum instituisset, eius etiam conficiendi potestatem discipulis tradidit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Hæc igitur potestas consecrandi corpus Christi verum, & illa ligandi & soluendi corpus Christi mysticum, celeberrimum sacramentum est. Quando ab illis, qui huius potestatis participes fiunt, cetera sacramenta administrantur, vel ab ipsis vel ab episcopis summis sacerdotibus. Huius potestatis meminit beatus apostolus Paulus prima Timot. 4. cum ait: Nolite negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. Et capit. 3. de diaconis meminit, dicens: Diacones similiter pudicos. Et, Diacones sint viuis uxoris viri. Porro diaconi ordinati sunt per apostolos, Acto. 6. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fidei & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Beatus quoq; Dionysius in eccles. Hierar. ordinem describit pontificum, sacerdotum, diaconorum, & ceterorum ministrantium, quos nos subdiaconos appellamus, cap. 5. dicens: Ergo diuinus pontificum ordinis primus quidem est deiuidum ordinationum, sublimissimus autem & nouissimus. Iterum nō idem: Etsi enim à sacerdotibus perficiuntur quædam honorabilium symbolorum, sed nunquam aliquando sacram theogenesiam sacerdos operabitur sine diuinissimo vnguento. Hoc ideo dicit, quoniam sacerdos baptizans solemniter, non baptizat sine oleo & chrismate ab episcopo consecratis: Neq; diuinæ, inquit, cōmunicationis perficiet mysteria, nisi diuinissimo al-

tari cōmunicatiūis superpositis symbolis. Hoc ait, quoniam altare consecratū per episcopū, ut ostendat quae potest sacerdos à potestate per episcopū tradita facere: et in aliq[ui]bus sacra-
mentis aliquid per episcopū consecratū apponi, dum solenniter celebrantur. Quapropter in-
fert, nec ipse sacerdos erit nisi à hierarchicis cōsumationibus in hoc sortitus. Et postquā plu-
ra adduxit concludit, dicens: Ostensus est igitur à nobis pontificū quidē ordo cōsumatiūs,
sacerdotum autem illuminatiūs & luciducis: ministrantiū verò purgatiūs & discretiūs.
Deinde mysteriū sacrorum ordinū quomodo contribuatur exponit, dicens: Summus quidē
sacerdos ad hierarchicam cōsumationē accedens, vt rōḡ, pede inclinans ante conspectum al-
taris diuini super caput habet à Deo tradita eloquia & hierarchicam manū: & hoc modo à
perficiēt eū summo sacerdote sanctissimis inuocationibus cōsumatur. Sacerdos autē vt rōḡ
que pede inclinans in conspectū diuini altaris, super caput habet hierarchicā dextram: & hoc
modo à perficiente eū summo sacerdote sacris inuocationibus sanctificatur. Minister verò
vnū de pēdibus inclinans in conspectū altaris, super caput habet perficientis eum summi
sacerdotis dexteram perficiendus ab ipso ministratiū cōsumatiūis inuocationibus. De hoc
autem satis, quando de sacerdotibus tract. 6. huius cap. plurima diximus. An vero episcopa-
tus sit ordo per se distinctus à sacerdotio, an sacerdotium consumatum, nō est exponentis sa-
cra eloquia ijs immorari quæstionibus. Beatus Dionysius saepe repetit verbū, pontificū or-
do diuinus. In consecratione autem episcoporū, dum chrismate caput inungitur consecrato,
proferthāc verba consecrans: Vngatur & consecretur caput tuum in ordine pontificali. Cē-
terum cum dominus discipulis dixerit, prout resert beatus Luc.ca.10. Qui vos audit, me au-
dit: & qui vos spēnrit, me spēnrit: at q̄ idem in traditione clauium: Quorum remiseritis pec-
cata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sūt: videtur ecclesiasticos viros à po-
testate sacerdotali excimere: Ne q̄ id recte hic adducitur, quod dominus dixit Petro supra ca.
17. Reges terræ à quibus tributum accipiunt, à filijs, an ab alienis? Ergo, inquit dominus,
liberis sunt filij. Nam illud dixit eo quod esset de stirpe regia secundū carnem de domo Da-
uid. Nolite tangere Christos meos, cum reges tunc quoq; inungerentur, etiam ad reges atti-
net. Hinc legimus Dauidē, cum à Saule persequeretur, saepe repetisse: Vuit dominus, nō
extendā manū meā in Christum domini. Summus etiam sacerdos in capite vngebatur,
& aly sacerdotes manibus similiter liniebantur in lege, Exo. 29. Vnde nō tā absui de etiā
pro sacerdotibus accipietur illud: Nolite tangere Christos meos. Constat autē iure consecra-
tionis, officij, & dignitatis, à potestate sacerdotali exemptos esse sacerdotes. Characterem nem
pe distinctum habent à secularibus, & officium consecrandi domini corpus, & absoluendi
sue ligandi reos quoq; qui in Deum peccauerint: siue sint reges, siue principes. Digni-
tatem enim præpotenter habent similiter & ministri altaris, leuite & subdiaconi. Si enī
conrectare manibus sacramū calicem laico non licet, sacerdotem ipsum, cui sunt concredi-
ta diuina mysteria, & sacer est, quo iure iudicare licebit? Balthasarem Babylonis regem per-
cusit diuina vltio, quia sacra profanauit vasa, quae à templo domini tulerat ipsius pater Na-
buchodonosor. At quanto potius laicus, qui sacra los domini sacerdotes tetigerit, percutie-
tur? Cum igitur sint ministerio laicis superiores, & in charactere distincti, & dignitate ip-
sa supremit, non decet utiq; vt potestatibus secularibus subiulantur, nec per inferior es guber-
nentur. Sic reuerabat beatus apostolus Paulus manifestis verbis definit, dicens ad Hæb.cap. 7.

Eo quod Melchisedec benedixerit Abra& laico, sine villa contradictione quod minus est à meliore benedicitur. Cū sacerdos igitur quoad spiritualia regibus sublimior sit, nō illis iure subjici possunt: & à fœculari iuris dñe litem erisunt. Porro cum beatus Paulus: Ananiam summā sacerdotem argueret, quod contra legem os eius iuberet percuti: & cognouisset, qđ esset summus sacerdos, dicentibus qui adstabant: Summum sacerdotem Dei maledicis? illico verba Paulus alioquin iusta repressit, inquiens: Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotū: Scriptum est enim: Principem populi tui nō maledices. Et pri. Reg. 22 cap. Quum Saul aliquando Achimelech sacerdotem & alios simul sacerdotes iuberet interfici, eo quod Achimelech panes propositiōis et arma Goliath dedisset David: Noluerūt serui Saul, aut scriitura, extendere manus suas in sacerdotes dñi. Et Salomō ob cōiurationē quā in illū sacerat Adonias filius David, in cuius consortiū transferat Abiathar Jacerdos, p̄cipit illi dicens. 3. Reg. 2. Vade in Anathoth ad agrum tuū. Et quidem vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam domini Dei. Et apud Malachiā legimus ca. 2. Labia sacerdotis custodient sc̄ientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercitum est. Et beatus apostolus Paulus pri. Cor. 11. Adeo debet mulier, inquit, habere velamen super caput suum & propter angelos, hoc est propter sacerdotes. Cum igitur angelis sint officio: à natura sacerdotij est, ut cōtrouersia sacerdotum ad suos pontifices deferantur, non verò ad laicorum iudicū tribunalia. Dominus etiam p̄cipit Matth. 23. dicens: Super cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisæi: omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate & facite. Propter sacerdotium & nominis dignitatē illis obedire p̄cipit. Non igitur subduntur legibus fœculariū principum. Quod etiam refert beatus Clemens illi inter cetera beatū apostolum Petrum p̄cepisse, dum illi ecclesiæ vniuersalis régimē commisit. Ait nāq; Si qui ex fratribus negotia habet inter se apud cognitores fœculinō iudicentur, sed apud presbyteros ecclesiæ, quicquid illud est dirimatur, & omni modo obedient statutis eorū. Quidquid digitur per fœcularem potestatem statuitur, sacerdotes non ligat. Peccabunt autem si carius an nonam vel aliud vendant, quam sit constitutū à reipub. gubernatoribus, quorū interest rerū precia constituere. Veruntamē apposita pœna, sacerdotes nō comprehendit, nisi id ab episcopo etiam statuatur. Qui autem sacerdotes habet prædia hæreditario iure acquisita, soluū id quod cuiq; eorū imponitur pro publicis operibus excitādis, prius tamē literis magistratus fœcularis ad episcopū illius diœcessis missis, vt illos cōpellat soluere. Sic auti iure consecratiois, officij & dignitatis natura distinctum est forū ecclesiæ à foro fœculari. Sic semp̄ obseruatum est, & à beato Sylvestro papa iniunctū post beatū apostolū Petru: in cuius typū & ipse dño dixit: Ecce duo glady hic. Ad quē dominus: Satis est: Cui cū patre et spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.

TRACTATVS DVODECIMVS.

In XVIII. cap. beati Matth.

ITerū dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint sup̄ terrā, de dñi re, quā cunq; petierint, fiet illis à patre meo qđ in cœlis est. Vbi enī sūt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Quoniam ante dixerat dñs quod is qui non audisset ecclesiam veluti ethnicus eritaretur: & potestatem p̄cipiā ligādi atq; solvendi

soluendi apostolis tradiderat, hæc ònia denuo in hac sententia cōfirmat, dicēs. Si duō ex vo-
 bis contenterint super terrā, nempe salutem proximorū querētes, de òni re quam-
 cunq; petierint, quæ scilicet ad proximorum salutē spectet, fiet illis à patre meo qui
 in cœlis est. Qui enim charitate mutua in Christo deuincuntur, ònia haud dubio facillime
 impetrabūt. De quibus dominus: Ego, inquit, sū in medio eorū. Quo circa & illorū semper
 exauditur oratio. Nouiego quēdam, qui præcibus aliquorum seruorum Dei in suistrubula-
 tionibus & varijs animæ anxietatibus & temptationibus, quibus impugnabatur, non semel
 adiutus sit: Non minimū etiam argumentum ad sacrorū conciliorum autoritatem firman-
 dam ex his verbis domini sumitur. Si enim pro salute alicuius duobus vel tribus in nomine Spiritus divi-
ni assistentia
in cœilijs.
 Christi congregatis, eorum deprecatio tanti est apud Deū momenti, quoniam ipse Christus
 in medio sic zelantium proximorum salutē adstare dicitur: quanto amplius Christus Deus
 adsistet tot pontificibus salutem querētibus totius Christiani populi. Quod & ipse testatur
 Matth. vlt. Et ego vobiscum sum, inquit, omnibus diebus usq; ad consumationē seculi. Qd
 etiam de assistentia spiritus sancti Ioa. 14. ait: Ego rogabo patrem, & alium paracletum da-
 bit vobis, qui maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Sumpta igitur occasione ex
 his verbis domini de proximorum salutis solicitudine, & de soluendis & ligandis peccatis
 beatus Petrus, dominum percontatus est, dicens: Tunc accedens Petrus ad eum, di-
 xit: Domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei: usque septi-
 es? Recta sane prælati interrogatio, sed peccatoribus indulgentissima diuina respsio. Non
 modicū se dixisse beatus Petrus arbitrabatur, usq; septies. Nā homo cū peccantib[us] fratri septi-
 es indulget, se magnā rem peregisse putat. Deus verò ait: Nō dico tibi usq; septies: Sed
 usque septuagies septies. Iustū quippe est, quemadmodū Deus culpā remittit, quoties
 peccator verè conuertitur: ita & nos fratri, quotiens cōmisī sceleris venia postulauerit, con-
 donare: Ideoq; vt scias Petre usq; septuagies septies verè pénitentibus cōdonanda esse pecca-
 ta: & sic accipiendum id quod dixit dominus, vt toties quoties quis peccauerit remittas illi:
 audi condonantem dominū vni peccatori decē milia peccatorum, quæ per decem milia talen-
 torū designātur. Ideo assimilatū est regnū cœlorū homini regi, qui voluit ratio-
 né ponere cū seruū suis. Et cū cæpisset rationem ponere, oblatus est ei unus,
 quidebat ei decē milia talera. Cū aut nō haberet unde redderet, iussit eū dñs
 eius venūdari, & vxorē eius, & filios, & oia quæ habebat, & reddi. Procidens
 aut seruū ille, rogabat eū, dicēs: Patiētiā habe in me, & oia reddā tibi. Mis-
 teri aut dñs seruū illius, dimisit eū, & debitū dimisit ei. Egressus aut seruū ille, in
 uenit unū de conseruis suis, qui debebat ei cētū denarios: & tenens suffocabat
 eū, dicēs: Redde quod debes. Et procidēs conseruus eius, rogabat eū, dicēs: Pa-
 tientiā habe in me, & oia reddā tibi. Ille aut noluit: sed abiit, & misit eū in car-
 cerē, donec redderet debitū. Videntes aut conserui eius quæ fiebat, contrista-
 ti sunt valde: & venerūt, & narrauerunt dño suo oia quæ facta fuerat. Tūc vo-
 cauit illū dñs suus, & ait illi: Serue nequā, one debitū dimisi tibi, quoniā roga-
 sume: nō ne ergo oportuit misereri cōserui tui, sicut & ego tui misertus sum?
 Et iratus dominus eius tradidit eū tortoribus, quo adusque redderet ei vni-
 uersum debitū. Sic & pater natus ecclesiis faciet vobis, si nō dimiseritis unus

Vij quisque

quisque fratri suo de cordibus vestris. Ex comparatione diuinæ misericordiæ et exemplo eius inducimur, ut simus in uice misericordes. Necesse namq; est, si dñs decē milianobus talenta dimittit, id est innumerā in eū cōmissa scelerā: ut et nos dimittamus oēs, quae in nos cōmittuntur offensæ. Sed illud animaduersione dignū, culpā alias remissam ob aliud peccatum puniri: nō quidē quod vere remissum mortale redeat, sed quia punitur debita et nō soluta pēna, ubi quis aliud superinduxit peccatum. Seruus iste remissa à dño impetraverat culpe: in proximū autē peccante, iā uniuersū debitū ab illo exigitur: id est, temporaria pēna debita priori peccato, quam nō exoluerat, iustissimo iuditio Dei punitur. Quid enim dñs illi ignorat, qui noluit absolutus parcere? Ceterū et illud aduertendū est, nō ex hac regis remissione esse intelligendū, quod nō sint homines nequā puniendi, homicidae, fures, adulteri, et id genus alij. His siquidem in re publicā peccant: qua propter reges et eorum prætores hos punire tenentur, ne tota cōmunitas ob delictorū impunitatē peccatis cōmaculetur. Euangelium enim agit de Deo culpam remittente, ut homines excitentur exēplo ad ignoscendū, Ferubescant nō remittentes: Ut Petri ob hinc satis constet, culpā omnino remittendā fore, verum tamen pēnā, si in suspedium re publicæ vergat peccatum, veluti necessariū quoddam medicamentū adhibendā esse: nēpe ut timore pēne et aliorū exēplo ad bene viuēdū ceteri vel excitetur vel compellantur. Dñs quippe noster, cum sit autor dilectionis, odit odīū. Ea propter præcipit ut culpis in nos peccantiū ignoscamus: quando et ipse ignoscit in se peccantibus. Si autē peccatum in aliorū scandalum vergit, truditur frater in carcerem, quia remittere noluit cōseruo suo. Quare conserui contristati sūt valde, et exposuerūt domino proterui serui duritiae in exigendis centū denarijs: cū ipse misericordia motus decē milia talenta dimiserit? Igitur quae in nos cōmittuntur errata facile condonemus: Quae verò in Deū, siquidem occulta sūt, mūcta pēnitētiare remittamus: si verò publica, et officium in Republica Christiana gerimus emendemus, culpam vere pēnitentibus remittentes in nomine dñi, et pēnā infligentes salutare peccantibus, ne relabantur. Quae et exemplo aliorū est necessaria, ne ex nimia remissione Christianus populus hæresibus, maleficijs, dissidijs, litibus, homicidijs, latrocinijs et adulterijs repleatur. Misericordia namq; et iustitia, quas citharam mundi re clē voces, simul cōnexæ dulcissimā reddūt harmoniā: Si verò alterā disiungas ab altera, iā nō cōstabit cōcentus, dissipabiturq; harmonia. Atq; ita quidē omnia si indulgeas, ubiq; scelerā pullabūt: Si omnia punias, etiā omnes occides. His ergo duabus, misericordia scilicet et iustitia, via ex æquat dñs, et summæ æquitatis lance librat moderaturq;. Vnde et David Psal. 100. suauē domino melos reddere volens ex suo officio regio, inquit: Misericordia et iudiciū cantabo tibi dñe. Cū isto seruo nequā magna est dñus misericordia vsus, quoniam ēone debitū remisit ei. At verò mūta iustitiam addit, cū obduritiam exacti debiti eū tortori tradi iūsit. Iustitia igitur et misericordia ēonia stabilūtur. In gloria namq; relucet iustitia, dum nihil coinqutum, quod nō fuerit prius igne purgatum in illā ingreditur, et cū pro meritis bonisq; operibus præmiū redditur. Deposita est mihi, inquit beatus Paulus, corona iustitiae 2. Timo. 4. Splendet et mūta. Dei enim gratia sancti sunt, id quod sunt: eiusq; gratia in illis non fuit vacua. Etiā in purgatorio multa dñi mūta pariter et iustitia est. Hæc enī punit, illa glorificat. Hac peccatis debitæ exoluūtur pēnæ: illa iā purgatos in beatorū numerū transfert. In inferno quoq; iustitia damnatos cruciat, misericordia in esse conseruat. Misericordia do-

mini plena est terra, & iustitia & pax osculatæ sunt. Sūma nāque iustitia dominus, ne peccatum maneret inultū, crucis patibulū subyt. Sūma etiā dñi misericordia factū, quicūque sanguine eius Deo reconciliati & in baptismō etiā cōsepuli in vita prolapsi fuerit, eos pœnitētiae exhibito medicamēto denuo expurgari. Quibus pro sua misericordia dominus dicit: Si quis vult venire post me, abneget semetipsū, & tollat crucē suā, & sequatur me. In cuius rei typū, prout iā supra hæc verba tractātes diximus, crucem post dñm bainlat Simō Cyrenaeus. Hoc igitur duplicitateceptro reges terræ feliciter īperabūt: si iustitia, publica peccata puniāt: & mīa, fragilibus indulgeāt. Hoc oportet & baculo sibi cōmissas plebes antistites gubernare: & nonnūquam pietate patris indulgere, nōnumquā verò iudicis severitate punire. Sed heu quis hoc nouit temperamentū habere, vt hic indulgeas, & illic punias? hic blandiaris, et illic sēuias? Heu quis in hoc sume necessaria mediocritatē seruet? Certe vt hoc cōsequamur oportet illā Salomonis precē qua in sui regni initio vtebatur, memoria retinere, atque illam dño semper offerre. Dicebat enim. 3. Reg. 3. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populū tuū iudicare possit & discernere inter bonū & malū. Quid enim potest iudicare populū istū, populū tuū hūc multum? Vt in am & omnibus gubernantibus cōtingat id, quod beatus Ioannes in sua prima epistola canonica ca. 2. ait: Et nō necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vñctio eius docet vos de omnibus: & verū est. Postremo illatas nobis offensas facilius cōdone mus: in dñm aut̄ peccantes, si vere pœnitēat, remissa culpa secundū criminis qualitatē aliquā pena iusta & misericordi plectantur. Quod quidem recte tum demum à nobis fiet, cum benevolentia gratia Christi & alios & nos ipsos gubernauerimus: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

Tractatus primus in XIX. cap. beati Matthæi.

Et factū est, cū cōsumasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit ī fines Iudææ trās Iordanē, & securæ sūt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Nullo vñq tōpore dñm deprehendes, quo non liquid operis agat. Nūc enī docet, nūc orat, nūc infirmos sanat. Semper igitur dñs bonis instat operibus: ex quo duplex nobis proponit exemplū, nēpe vt bonis operibus semper simus intenti, ne vñq nos ociosos tētator inueniat. Simul q̄ docet necessaria omnino esse opera bona ad æternā salutē cōsequendā: cū & ipse in carne venies nunq̄ operari desierit. Cuius sane exēplo ad bona opera exhortamur, si quo ille ascendit, & nos peruenire cupimus. Quod neutiq̄ fiet, nisi bonus operibus cū sp̄e simul & fide intercedentibus. Cæterū quo magis quisq; se bene operādo exercet, eo maiore inuidiā in se diaboli concitare ostendit: quod cōtinuo sequitur. Et accesserūt ad eū pharisei tentantes eū, & dicētes: Si licet homini dñm iuttere vxorem suam quacunq; ex causa? Tentatio hæc talis erat: vt si dominus dixisset nulla ex causa licere homini vxorem suam dimittere, eū apud homines accusarent, dicētes: Ecce quid docet ille: Ergo adulteras retinebimus? & sic in odiū hominū traherent salvatōrē, vt pote qui Moysi legi aduersaretur. Si aut̄ dixisset dñs: licet quacunq; ex causa: cū lex illa p̄mittē libellū repudij esset mulieribus satis onerosa, apd̄ mulieres redargue retrur, quominus illæ ad Christū cōuerterētur. At qui nulla est astutia, nullū consiliū aduersus dominū totius veritatis magistrū. Legis Moysi quōdā lator, idemq; nūc euangelicæ le-

gis auctor verū sue scripturæ sesū reddit. Qui respodés ait eis: Nō legistis, qui fecit hoīem ab initio, masculū & fæminā fecit eos? & dixit: Propter hoc, dimittet hoīo patrē & matrē, & adhærebīt vxori suæ, & erūt duo in carne vna, Quod ergo Deus coniunxit hoīo nō separat. In his ultimis verbis matrimonii sacramen-
tum esse ostēditur nouæ legis, dñs dicit cōiunctionē matrimonij & vinculū à Deo esse,
nec hoīem illū soluere posse, sed usq; ad mortē permanere indissolubile. Dicūt illi: Quid ergo Moyses mādauit dari libellū repudij, & dimittere? Scriptum quippe hoc est
Deut. ca. 24. Verā enim pharisei nō capientes legē, nec scripturas vere interpretātes: quod in lege fuit permīssū propter eorū pernicax ingenū, ne vxores ôni die occiderēt, cū fastidiret
eas: id illi tanq; inuiolabile præceptū obseruātes, dicūt: Quid ergo Moyses mandauit
dari libellū repudij, & dimittere? Dñs aut̄ id permissione nō absolute fieri indicās, Ait
illis: Quoniā Moyses ad dūritiē cordis vestri permisit vobis dimittere vxo-
res vras: ab initio aut̄ nō fuit sic. Lex igitur naturalis à Deo in cordibus iudicata & ali-
quibus signis ostēsa, nō permisit libellū repudij. Iudei verò si nō esset illis permīssus libellū
repudij, ex eorū durissima natura vxores quotidie trucidarent. Quia propter ad evitādūne
hoc extremū malū proximo inferretur, permīssū est illis dimittere: nō tanq; minus malū, sed
tanq; bonū illius magni mali impeditiū. Itaq; Iudeorū pensata crudelitate bonū erat dimis-
tere vxorē ne occiderent. Bonū, respectuue ad homicidiū. Nec enī permittebatur dimittere
tanq; minus malū, sed tanq; bonū respectu homicidiij. Nō enim sunt facienda mala, vt inde
eueniant bona. Atqui hoc nō indulgebatur ea ratione, qua vxoris dimissio erat malū: sed ea,
qua impidebatur summū in proximos malū, qđ est homicidiū. Dico aut̄ vobis, quia qui
cūq; dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationē, & alia duxerit, mœchatur: & qđ
dimissā duxerit, mœchatur. Prudenter hæc legenda sunt verba, ne in aliquē errore in-
cidamus cōtra dñi nostri Iesu Christi & sensū & verbū: meminisse qđ oportet qđ dñs supra
cap. 5. dixit in hanc eandē causā: Diclū est autē. Diligenter obserua nūq; dñm dixisse præce-
ptū vel mādatū est: sed semp vel, diclū est aut̄, vt ibi ca. 5. vel pmissum vt hic: Quicūq; dimi-
serit vxorē suā detei libellū repudij. Ego autē dico vobis, quia oīs qđ dimiserit vxorē suā, ex-
cepta fornicatiōis causa, facit eā mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Sic igitur i-
p̄feti dñi verba accipiēda sūt, vt verbū, excepta fornicationis causa, referatur ad dimissionē et
ad libellū repudij. Et qui dimissā duxerit mœchatur, & alia duxerit mœchatur: sententia
est, qua indissolubilitatē vinculi matrimonij declaratur. Cōsequens illud qđ dñs prædixit:
Ab initio autē nō fuit sic. Quod ergo deus cōiunxit, hoīo nō separat. Nāsi cum vxor ob-
dultery crīmē dimittitur, vir alibi posset cōtrahere, & vxor similiter: vacua esset in hac ma-
teria dñi p̄cipua sententia de vinculi matrimonialis indissolubilitate: quā Christ⁹ dñs in oīm
hāc causā Iudeis manifestandā & comprobandā assump̄it ad refutandā eorum p̄positam
quæstionem: Silicet hoīi dimittere vxorem suam quacunq; ex causa? Cum igitur dñs iā supra
cap. 5. indissolubilitatē matrimonialis vinculi cōprobasset, nunc idē repetit: & eodem modo
vtrāq; sententia accipiēda est: quod videlicet vxor (quādo matrimonij est sacramentum)
repudiata & vir repudians, vterq; ex euangelica lege usq; ad unius eorum obitum alij nube-
re nullatenus liceat. Ceterum quoad dimissionē per libellum repudij, tantum ob fornicatio-
nem in lege euangelica facultas datur. Quod aut̄ in lege Moysi ex alijs inductis causis Deu.

24. repudiū siebat: permīssio tantū fuit legis antiquae ob vxoriciū euitādū. Nec præter eundum tantā in hoc libertatem dominum repressisse supra cap. 5. & in præsentis: quoniam Iudei, eo quod licebat ob Dei populi incrementum plures vxores habere, faciliter occidebat. & libere quas vellent ducebāt. Sed illud animaduersione maxime dignū quod in sacra scri tura legimus, nempe sanctū David & Salomonē plures habuisse vxores: Itidem Abraham & Jacob. Propterea nō mysterio vacat, Isaac Patriarcha qui dñi Iesu figurā suā in immo latione gessit, quoniam ligna in humeros portās spōte ob patris obediētiā se collocari super lignorū strūē consensit, vnicā duxisse vxorē Rebēccam: quæ illi binos populos ex eodem partu in duobus parvulis peperit, Iudaicum videlicet & gentiū: quando dñs Iesus vnicam habet spōsam ecclesiā adunatam ex duobus gentiū & Iudeorū populis. Cōstat igitur ex domini verbis vnicū & indissolubile, quoad viuit cōiugū alter, matrimonij vinculū esse. Sic namq; dñs in initio vnt masculo vnicā associalit Enam. Quam ob rē dñs ait: Nō legistis qd quifecit hominē ab initio masculū et femininā creauit eos? Defuncto verò altero cōiugū; quis cūq; superstes fuerit, libere & absq; peccato ad secundas transire nuptias potest. Vbiq; aut̄ beatus apostolus Paulus pri. Cor. 7 in hūc quē diximus sensu interpretatus est, dicens: Ihs aut̄, qui matrimonio ūclis sunt, præcipio, non ego sed dñs, vxorem à viro nō discedere. Quod si discesserit, manere innuptā, aut viro suo recōciliari. Vbi aut̄ Deus hoc præceperit, nō legitur: præter hos duos quos retulimus locos Matth. 5. & 19. vbi dñs similem ūnino cauſam viri & vxoris reddit, dicens: Qui dimiserit vxorem suam, & alia duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit mœchatur. Quod altero eorū defuncto, libere potest viues alij matrimoniū copulari, idem apostolus eodem cap. refert, dicens: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est, scilicet à lege viri: cui autē vult nubat, tantū in dño. Beator aut̄ erit si sic permanserit secundū meū cōsiliū, puto aut̄ quod & ego spūm Dei habeam. Hoc aut̄ cōsiliū iuuenclis viduis aliter exponit, dicens pri. Tim. 5. Adolescentiores autē viduas deuita. Et paucis interieclis ait: Volo aut̄ iuiores nubere, filios procreare, matres familiās esse: nullā occasionē dare aduersario male dicī gratia. Ceterū tanta in repudiandis vxoribus licencia Iudei abutebantur, quod dura discipulis matrimoniū inseparabilitas visa fuerit. Quia propter obſtupēfaci, Dicūtei discipuli eius: Si ita est causa hominis cū vxore, nō expedit nubere. Quib; dñs copiosissime respōdit ei, quæ sequenti tractatu differuntur gratia domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre & sp̄itu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.

TRACTATUS SECUNDVS.

In XIX. cap. beati Matth.

Carni indulget nimiū Iudaicus populus: discipulisq; videtur melius esse nubere, quā vbi repudiata fuerit vxor, virū manere innuptū. In dispendiū quippe animæ fore & publicas vias carnis labefactari arbitrabātur, si vir vxori repudiasset: cū secundū dñi sententia audiāt nuptiale vinculū usq; ad mortē p̄tendi. Quia ppter dño aut̄: Si ita est causa hominis cū vxore, nō expedit nubere. Qui dixit illis: Non oēs capiūt verbū istud, sed quibus datū est. Sunt enī eunuchi, qui de matris vtero sic natūrū: & sunt eunuchi, quia tertiū sunt ab hoībus: et sunt eunuchi, qui seipsostrrauerūt, ppter regnum cœlorū. Qui potest capere, capiat. In castitate permanere virū vxori repudiatem,

Viiij diantem,

diantem, & etiam illā repudiata cōtinēter agere nō ūnibus datū est: quandoquidē castitas
donū Dei est, iuxta illud Sapientiae 8. Et ut sciuī quoniā aliter nō possem esse cōtinens, mi-
si Deus det, & hoc ipsū erat Sapientia, scire cuius esset hoc donū: adij dñum, & deprecatus
sum illū. Et quoniā sūt eunuchi, quos natura sic in luce prodire fecit: & alij ab hoībus execti
varij de causis, nēpe ob infirmitatē, vel ad custodiā mulierū, siue vt vocē ad cātandū retine-
ant tenuissimā: quod disti faciunt industria, & quod aliquādo operatur oberrās natura, mul-
to magis perficiet voluntas fixa gratia Dei mota, gratia Dei adiūcta et cōseruata. Si enī sūt
eunuchi quia ita nati, et sunt eunuchi ab hoībus facti, sūt et alij qui nō abscessis mēbris, sed gra-
tia Dei āputata voluntate & carnis voluptate se castrauerunt propter regnū cōlorū. Quod
aut̄ hoc raro contingat, ait: Qui potest capere capiat. Qui potest se propter regnum cō-
lorum eunuchum efficere, voluptatibus amputatis id quidem peragat tanquam utilissimum
donum, atq; purissimum Deo præstitum obsequiū. Cōmēdatur in his verbis virginitas, cō-
menēdatur & castitas. Nō ergo habēt unde nos incusent hæretici cum castitatis votū emit-
timus, & cū castitatem veluti Dei donū seruamus: nec cum cælebes sacerdotes esse præcipit
cōfuetudines ecclesie non sacro sancta mater ecclesia. Pro cuius eidēntiori notitia est aduertendū, non omnia scriptis
scriptae, sed re suisse mandata, que dominus locutus est: cū sint multa signa, vt ait beatus Ioānes, quæ fecit
cepit ab apo stolis, & no- Iesu, quæ nō sunt scripta: & alia multa quæ si per singula scriberentur, non possent ea capi
bis velut per re homines, Ad hunc etiam modū nec ūnia, quæ beatū apostoli docuerūt literis mandata sūt.
manus tradi- tio-

Vnde beatus apostolus Paulus Actōrū. 20. Ephesijs valefaciens, dixit: Oportet suscipere
infirmos & meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare, quam
accipere. Quod verbum domini nullibilegitur, præterquā in hac Pauli relatione. Sic etiam
de apostolis ipse beatus Paulus ostendit, pri. Corint. 11. quo loco agit quemadmodum mulier
velato capite in ecclesia orare debet: Si quis autem, inquit, videtur contentiosus esse, nostra
lem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei. Constat igitur alias habere ecclesiam
consuetudines, quæ literis non sunt mandatæ, sed per sermonē & traditionem tantum apo-
stolorū ad nostra vſū tempora deriuatæ. Quod & beatus apostolus Paulus 2. ad Tessal.
2. capit. expressissimis verbis attestatur, dicens: Itaq; fratres state, & tenete traditiones, quas
didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram: Plura igitur tradita sunt per ser-
monem à beatis apostolis vſque ad nos deducta, quæ non fuerunt conscripta. Idem in
eadem epistola capit. 3. repetit, dicens: Denunciamus autem vobis fratres in nomine
domini nostri Iesu Christi, vt subtrabatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et
non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ecce traditionem apostoli non
mandatam literis. De beato apostolo Paulo etiam ita traditur, Actōrū 15. Peram-
bulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta
apostolorum & seniorum. Iterum autem capit. 16. de beato Paulo apostolo & Ti-
motheo legitur: Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ
erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erāt Hierosolymis. Plurima igitur statuta sūt
à beatis apostolis, quæ nō reperiuntur scripta: & iter cætera clericorū castitas & perpetu⁹ celi-
batus, cui⁹ prima origo est ad ipsos beatos apostolos referēda: vt ea sit vna ex eorū præcipuis
factionib⁹. Maxie cū haberēt dñm cōsulentē & laudātē eunuchos, q; se castrauerūt ppter re-
gnū cōlorū. Nec enī absidere se quisquibetur sed cōtinere, qđ Deimunere fit. Qđ quidē mu-
nus

nus ipse nō negat ei, qui id ab eo obnixe postulauerit, interū quod in se est facies, vt cōtineat. Id magnopere cōmēdatū & obseruatū inuenim⁹ à beatis apostolis. Pri. Timo. 4. inquit beatus apost. Paul⁹: Exēplo esto fideliū, in verbo, in cōversatione, in charitate, in fide, in castitate. Nō vtiq; castitatē tantopere beatus apost. Timotheo cōmendaret, nisi accepisset à dño, cāte rīsq; apostolis presbyteros castitatē debere seruare. Quod & sequēti cap. iterū cōmēdat, dices: Te iſum castū custodi. Et Acto. 24. legitur de eodē beato apostolo Paulo: Disputāte aut̄ il lo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respōdit, &cāt. Nō vſq; adeo beat. apostolus castitatē Timotheo cōmēdat, nec de illa inter iustitiam & iudicium sermo nē haberet, nisi esset ab apostolis sancita castitas clericorū & oīibus cōmēdata. Iā oīum enim Helias & Heli⁹ Ieus castitatē obseruauerūt. Itidē Hieremias & beatus Ioannes baptista. Quinimo & sacerdotes, cū per statutas sibi vices sacra ministrarēt in lege Moysi ab vxoriū cōsortio separati tempore ministrationis incēsi persistebāt. Sic quippe legitur de Zacharia Lucae pri. Et factū est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domū suā. Post hos autē dies cōcepit Elizabeth vxor eius. Si igitur legalis sacerdos ab uxore abstinet, cū ministrat: anno multo magis decet euangelicum sacerdotem, semper uxore carere, qui verum domini corporū cōsecrat, manibus tractat, offert, & tandem sumit? Quæsiuit à David Abimelech sacerdos, prout habetur pri. Reg. 21. cū esuriret ipse, & qui cū eo erant: an essent mūdi pueri ad panes propositionis edēdos, dicens: Nō hābeo laicos panes ad manū, sed tantū panem sanctū: (hoc est, panes propositionis quos ipse à mensa domini sumpserat) si mūdi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Multo amplius profecto decet à matrimonio esse alienos, quib; corpus domini cōficiunt, tangunt, manducant & ministrat fidelibus. Nec vñquam legitur aliquen post suscep̄tū ordinem sacrū uxorem duxisse. Licuit tamen in initio naſcentis ecclēsie, qui vnicā uxore duxerat, & eā virginē, vbi illa extremū obiſſet diē, ad sacerdotiū & episcopatū ascendere. Alias nulli vñquā licuit sacerdoti uxorem ducere. Et hoc est, quod beatus apostolus Paulus petit ab episcopo & diacono, quod sint vnius uxoris viri. Quoniam qui ad secundas nuptias transit, tanquam de castitate suspectus, non admittitur ad sacerdotium: immō nec diaconi ministerium. Quod in Canone apostolorum 17. confirmatur, cuius haec sunt verba: Siquis post baptismū secundis fuerit nuptiis copulatus, aut cōcubinam habuit, non potest esse episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui in ministerio sacro deseruiunt. Quod autem promouendus si non virginem duxerat, minime ad sacram ordinem admittebatur, etiā Canon apostolorum 18. definit, dicens: Siquis viuam aut eiusdam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de ijs, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum etiam numero, qui ministerio sacro deseruiunt. Quod autem nullus iam ad episcopatum, sacerdotium, diaconatum, vel subdiaconatum promotus, possit uxorem ducere, probat Canon apostolorum 27. in hæc verba: Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vocores accipient: sed lectores cantoresque tantummodo. Patet igitur quos beatus apostolus Paulus vnius uxoris viros dicat episcopos & diacones: hoc est autē promotionem, si cum vnicā & virgine contrixerint. Patet etiā quemadmodum clericorum cælibatus ab institutione apostolorum habuit ortum, & ab eorum canone & præcepto, in orthodoxam ecclesiam sit derivatus. Nunquam enim licuit sacris promootum

De votis

tū vxorē ducere, quod tamē lectoribus & cantoribus cōcessū est, cæteris in cælibatu permanētib⁹. Cæterū ys, qui castitatis astringuntur voto, dicitur Deut. 23. Cū votū voveris domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud dñus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatū. Et David psal. 49. Redde altissimo vota tua. Et psal. 115. bis dicit: Vota mea dño reddā coram omni populo eius. Et psal. 85. Vouete, et reddite domino Deo vestro. Omnes igitur iure redditionis debiti præstare tenetur id, quod voverūt. Nā si criminī datur fidē homini frangere, quod nā sacrificiū erit fidē Deo præstitā nō obseruare? Vouete igitur ones, quibus id cordi est: vouere nāq; ex cuiuscūq; arbitrio pēdet. Reddere vero votū emissū, iā non ex arbitrio pendet: īmo necessariū est. Nā irritatio voti pro peccato mortifero reputatur. Nec virginitatē seu castitatē vouere est de impossibili votū, prout falsi vociferantur hæretici: cū affirmet dñs esse eunuchos, qui se castrauerūt propter regnū cœlorū. Nō enim dñs hos cōmendaret, atq; adeo castitatē extolleret, nisi castitas inter possibilia diuina fauente gratia censeretur. Quod iā in Sapientia pronūciatū extitit ca. 3. Et spado, qui nō operatus est per manus suas iniquitatē, nec cogitauit aduersus Deū ne quisimā. Dabitur enim illi donū fidei electū, & fors in tēplo Dei acceptissima. Et Esaias cap. 56. ait: Et nō dicat eunuch⁹: Ecce ego lignū aridū. Quia hæc dicit dñs eunuchis, q; custodierit sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint sedus mēū, dabo eis in domo mea, & in muris meis locū, & nomen melius à filijs & filiabus. Et beatus Ioānes in Apoc. cap. 14. refert se vidisse centū quadraginta quatuor milia cantantes canticū nouū ante sedē, & quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticū, nisi illa centū quadraginta quatuor milia. Hjunt, inquit, qui cū mulieribus nō sunt coquinati: virgines enim sunt. His sequuntur agnū quo cūq; ierit: Nisi enī virginitatis & castitatis votū acceptissimum esset apud Deū, & de possibilibus cū Dei gratia foret, nō sic laudaretur & cōmendaretur à Deo, tū in Sapientia & Esia, tū per dominū in presenti, & postremo per beatū Ioānē in Apoc. Ex his oībus autē colligitur aperta res p̄ficio ad illud, quod beatus apostolus Paulus pri. Cor. 7. ait: Propter fornicationē autē unusquisq; suā vxorē habeat, et unaquæq; suū virū habeat. Et, quod si nō se cōtinēt, nubant: Et, melius est nubere, quā vri. De illis enim hæc sunt intelligēda, quinō voto vel officio prohibētur, ut religiosi & clerici. Similiter pri. Timo. 4. Spiritus autē manifeste dicit, quia in nouissimis tēporibus discedēt quidā à fide, attendētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū in hypocrisi loquētes mendaciū, & cauteriatā habētes suā cōscientiā, prohibentiū nubere. Hoc profectō beatus apostolus in eos dicit, qui dānant nuptias. His quidē sunt qui prohibēt nubere. Nāq; de cōtinētia clericorū diuinitus dictū est in eodē cap. cū p̄cepit Timot. Exemplū esto fidelū in castitate. Et sequēti cap. Te ipsum castū custodi. Et in canone 27. apostolorū quē ante retulimus, solis cantoribus & lectoribus permittūtur nuptiae: cæteris autē superioris ordinis prohibētur. Quod autē dñus Gens. cap. 1. dicit Adæ eiusq; vxori: Crescite & multiplicamini, & replete terrā. Et Ge. 9. post diluvium Noe & filiis eius eadē repetit verba, diceus: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: ipse idem est, qui fuit homo in euāgelio dicit: Sūt eunuchi, quise castrauerūt ppter regnū cælorū. Ipse qui per Esia & Sapientiā eunuchos collaudat, & illis nomē p̄estat melius à filijs & filiab⁹. Ipse de nīq; est, quē sequuntur virgines, quo cūq; ierit. Nec enī Abel, quē dñus iustū Mat. 23. Vocat à sanguine Abel iusti, vxorē aut filios legimus habuisse. Nec post quā scriptū est Deu. cap. 7.

Non